SPRAWOZDANIA SZKOLNE
Książnica
Kopernikańska
w Toruniu
SCHULPROGRAMME

Zur

öffentlichen Prüfung

im

Königlichen Gymnasium zu Lyck

am 27. Septbr. von 9 Uhr ab,
Nachmittags von 2 Uhr ab,
am 28. Septbr. von 9 Uhr ab

und zur Entlassung der Abiturienten

am 28. September Nachmittags 3 Uhr

ladet ergebenst ein

der Director Professor M. F. Fabian.

Inhalt:

1) Abhandlung des Gymnasiallehrers Kopetsch: De verbalibus in τος et τεος Platonici dissertatio, cui intextae sunt breves de Homericis adnotationes. —
2) Schulnachrichten vom Director.

Lyck, 1860.
Druck des typograph. Instituts von W. Menzel in Lyck.

SCHULBIBLIOTHEK

Die Wichtigkeit ist ein relativer Begriff und was in einem Betracht sehr unwichtig ist, kann in einem andern sehr wichtig werden. Als Beschaffenheit unserer Erkenntniß ist dazu eine Wahrheit so wichtig als die andere.

Lessing.

Anquirenti mihi in programmatum collectorum multitudine, ecquid reperirem huic quaestioni affine, cujus ratio scribenti esset habenda, oblatum erat nihil. Aliquanto demum temporis interjecto, quum jam finem facturus eram scribendi, data mihi sunt programmata quaedam Mariae insulae et Conicii, in quibus Gross et Moiszistzig, superiorum ordinum praeceptores, de adjectivis verbalibus docte disputant. Etsi vero alter in programmate Coniciensi anno MDCCCLIII edito eandem atque ego disserendi causam sibi proposuit propositamque persecutus est, tamen haec in lucem prolaturus non opinor me facere, quod veteri proverbio γλαῦξ εἰς Ἀθήνας perstringatur, quum plura et accuratiora, maxime in usu definiendo et describendo, tradere mihi videar. Quocirca conferant velim, qui haec mea legent.

Restat, ut de studio pauca dicam. Hoc quidem potissimum in Platonis illius divini cognitione collocato, facere non potui, quin ad litterarum Graecarum principium descenderem, celebratissima illa Homeri carmina, ut, si propter temporis angustias totam inter Homerum et Platonem interjacentem, ut ita dicam, regionem peragrare non licuit, nec circumspicere, per quos gradus quasi processisset usus istorum nominum, at saltem cognoscerem, quem gradum jam teneret in Homeri genere dicendi, et si qua relatu digna viderentur, suo loco attexerem.

Pars prior quaestione continetur de forma.

Cap. I.

Derivatio.

§ 1.

De verbalibus in τος et τεος formatis quod dicit Buttmannus gram. graec. I. §. 102, 2, potest id quidem regulae loco haberi. Quamquam ab ea quae abhorreant, non desunt, veluti, pauca ut proferam: δυνατός, pro quo ex regula illa dicendum

erat *δυνητός* vel *δυναστός*, quum aoristi forma *ἐδυνήθην* sit vel *ἐδυνάσθην* — deinde *πιστός*, si quidem verbale est declinatum a *πείθω*, pro *πειστός*, quod neque apud Platonem reperitur neque apud alios scriptores, sed connexum tantum apud hos cum adverbio *εὖ*, praepositione loquelari *δυς* —, aliis praepositionibus, — cf. *εὔπειστος*, *δύσπειστος*, non inusitatis quidem *εὔπιστος* et *δύσπιστος*, contra unum *πειστέον* in usu est. Adde *μεθεκτέον* Rep. IV, 424. E. atque ejusdem stirpis *ἀνεκτός*, *ἀνθεκτέον* — *ἰστέον*, *φατέον* Phil. 40 prim., *συνεστέον* Protag. 313 pr.

Et alias ut afferam formas memorabiles, mirum est apud unum eundemque scriptorem codicum auctoritate servari plurimorum et *συνδετός* Polit. 279. etc. et *ἀνυπόδητος* (cf. Rep. II, 372 A. et quod ad hunc locum Schneider notavit), quamquam cum regula congrueret *ἀνυπόδετος* — similiter et *περιμάχητος* Rep. I, 347, D. et alibi et *μαχετέον* Soph. 249. med., cf. Rep. II, 380 B, ubi miror *διαμαχετέον* eundem Schneiderum tueri, qui Soph. 241. D. *διαμαχητέον* probet. Nonne satius fortasse est apud Platonem quum *ἀνυπόδετος* ubicunque scribere, tum praecipue *μαχητέον*, quum praesertim qui haec exhibeant, licet pauciores, exstent libri manu scripti?

Denique faciendum mihi puto, Platonem ut adnotem *ἑφθός* usurpare (Rep. III, 404. C.), non *ἑψητός*, *ἀνεκτός* non *ἀνασχετός*, tum a *κεράννυμι* duo profecta adjectiva *ἄκρατος* et *ἀκέραστος* — verum hoc *ἅπαξ εἰρημένον* — biformi convenientia aoristo *ἐκράθην* atque *ἐκεράσθην*, ad ultimum ab *ὁρᾶν* *ὁρατός*, non *ὀπτός*, contra *ὕποπτος*. — Ceterum uberius et fusius de formatione disputat Gross program. Mariae insulae a. MDCCCXXXIX.

§. 2.

Nullius fugit observationem, composita esse etiam cum vocibus quibusdam verbalia in *τος*, quae in *τεος* exeunt, non item. Et saepissime quidem *α* privativum (*στερητικόν*) quod technici vocant illis praefixum est, secundum hoc praepositio loquelaris *δυς* — Nec vero syllabas solum, verum etiam voces praepositas videmus, frequentissime adverbium *εὖ*, non plus uni nomini *ἀεί* et *πάλιν*: *ἀεικίνητος* Phaedr. 245. C., *παλιναίρετος* Tim. 82. extr. — item adjectiva *νέος*, *ἶσος*, *ὅλος*, *πολύς*, *κακός* et pronomen *αὐτός*: *νεότμητα* Tim. 80. extr. — *ἰσομέτρητος* Phaedr. 235. D. — *ὁλόσχιστος* Polit 279. extr. — *πολυθρύλητος* Rep. VIII, 566. B. — *καχύποπτος* Rep. III, 409. C. — *αὐτόματος* multis locis. Cum duobus adjectivis copulatum est *ἄξιος*: *ἀξιομνημόνευτος* Symp. ed. Wolf. c. 5. §. 8. et *ἀξιοκοινώνητος* Rep. II, 371. E.

Rara denique etiam eorum, quae a substantivis composita sunt, exempla: *σφυρήλατος* Phaedr. 236. B. *χειροποίητος* Critia 118 med. — *νυμφόληπτος* Phaedr. 238. D. — *πυρίκαυτος*. Tim. 85 pr. —

Aliquanto plura cum adverbiis et nominibus conjuncta poetarum more procusit Iliadis et Odysseae conditor.

Adverbia annexa sunt hisce: *ἀγακλειτός* Il. 2, 564 et alibi, *ἀγακλυτός* Il. 6, 436 et al. — *ὀψιτέλεστος* (*τέρας*) Il. 2, 325. *παλαίφατος* (*θέσφατα*) Od. 9, 507 et al. — *παλιτάγρετος* (*ἔπος*) Il. 1, 526. — *παλίντιτος* Od. 1, 379. 2, 144. *τρίλλιστος* (*νύξ*)

Il. 8, 488. — *τηλεκλειτός* Il. 14, 321. et saepius; *τηλέκλητος* a Wolfio Il. 5, 491; 6, 111; 11, 564; 12, 108 ascitum, sed a Buttmanno (Lexil. I. p. 94), Spitznero (cf. Excurs. XI), aliis, qui ubique *τηλεκλειτός* restituerunt, rejectum. — *τηλεκλυτός* Il. 19, 400 et al.

Quae adverbio *εὖ* subjuncta sunt, infra, ubi de significatione disputabitur, proferenda videntur.

Cum pronomine *αὐτός* copulata sunt: *αὐτάγρετος* Od. 16, 148 — *αὐτόματος* Il. 2, 408 et al. — cum adjectivis *ἡδύποτος* (*οἶνος*) Od. 2, 340 et al. — *μελάνδετος* (*φάσγανον*) Il. 15, 713; plura cum *πολύς* et *νέος*: *πολυάρητος* (*θεός*) Od. 6, 280 al. — *πολυδάκρυτος* Il. 24, 680 al. *πολυήρατος* Od. 11, 257. al. — *πολύκεστος* (*ἱμάς*) Il. 3. 371. *πολύκλητος* (socii) ib. 4, 438. al. — *πολύκλυστος* (*πόντος*) Od. 4, 354. al. — *πολύκμητος* (*σίδηρος*) Il. 6, 48. al. — *πολύλλιστος* Od. 5, 445. *πολυμνήστη* (*βασίλεια*) ib. 4, 770. al. — *πολύπλαγκτος* ib. 17, 511. al. — *πολύτλητοι* (*γέροντες*) ib. 11, 38. — *πολύτρητος* (*σπόγγος*) ib. 1, 111. al. — *νεόδαρτος* (*δέρμα*) ib. 4, 437. al. — *νεόπλυτος* ib. 6, 64. — *νεόπριστος* (*ἐλέφας*) ib. 8, 404. — *νεόσμηκτος* (*θώρηξ*) Il. 13, 342. *νεύτευκτος* (*κασσίτερος*) ib. 21, 592. — *νεούτατος* ib. 539. al. — Multo plura etiam reperiuntur, quorum pars prior est substantivum: *αἰγίβοτος* (Ithaca) Od. 4, 606. — *ἀνδρόκμητος* (*τύμβος*) Il. 11, 371. — *Ἀρηΐφατος* ib. 19, 31. — *βούβοτος* Od. 13, 246. — *δουρικλειτός* Il. 5, 55. al. — *δουρικλυτός* ib. 2, 645. al. — *δουρικτητός* ib. 9, 343. *ἐλεόθρεπτος* (*σέλινον*) ib. 2, 776. — *θεόδμητος*. Il. 8, 519. — *θέσφατον* ib. 477. al. — *ἱππήλατος* (*νῆσος*, *γαῖα*) Od. 4, 607. 13, 242. — *ἱππόβοτος* (*Ἄργος*) Il. 2, 287. al. — *κηρεσσιφόρητος* ib. 8, 527. *κοτυλήρυτος* (*αἷμα*) ib. 23, 34. — *μυλήφατος* Od. 2, 355. — *ναυσικλειτός* ib. 6, 22. — *ναυσίκλυτοί* Phaeaces ib. 7, 39. al., Phoenices ib. 15, 415. — *ὀδυνήφατος* (*φάρμακα*, *ῥίζα*) Il. 5, 401. al. — *ὀνομακλυτός* ib. 22, 51. *πυρίκαυστος* ib. 13, 564. —

Cum praepositionibus loquelaribus conglutinata si anquirimus, memoratu est dignum poetam nullum nobis cum *δυς* — compositum offerre, quamquam in aliis compositionis generibus haec praepositio apud eum comparet, magnam tamen ab alpha privativo incipientium copiam et tria a soluta oratione longe remota: *ἀρίγνωτος*, *ἀριδείκετος*, *νήγρετος*.

Cap. II.

De motione.

§. 1. Motio per genera quae dicitur.

A motionis disquisitione sejungi non potest tonosis. Quam crassa autem caligine haec regio circumfusa sit, praesertim apud poetas, quis est inter antiquarum literarum studiosos, qui nesciat, perlecta dissertatione Paralipomenorum septima, quam scripsit Lobeck, grammaticorum facile princeps, praeceptor meus pie venerandus?

Artium scriptores hoc praecipiunt, motionem verbalium in τος desinentium ita pendere ex accentu, ut oxytonorum tria plerumque sint genera, duo proparoxytonorum. Excutiamus igitur, quo accentu apud Platonem notata sint; Homerica enim hoc loco excludam, quum satis de iis a Lobeckio l. c. et ab Henrico Moiszistzig in program. Conic. a. MDCCCXLIV ed. pag. 14 sqq. sit disputatum. Quae a verbis profecta sunt simplicibus, acuto sono finiuntur, quae vero a compositis, partim gravata sunt, partim acuta. Et haec quidem mihi occurrerunt sedecim, quorum duodecim significatione sunt potentiali: *ἀνεκτός* Phaedr. 240. E. — *παρασκευαστός* Protag. 319. pr. — *ἀναμνηστός* Men. 87 pr. *παραδοτός* et *παραληπτός* ib. 93. pr. — *διωλυτός* Phaedo. 80. pr. — *περιληπτός* Tim. 28. pr. — *ἐκτατός* ib. 44. extr. *μεταπειστός* ib. 51 extr. (hoc enim, quod a Bekkero et undecim codicibus proditum est, anteponendum videtur proparoxytono, quod Astius vult et quatuor codices Bekk.), *παραιτητός* Legg. X, 905. extr. *διαβατός* ib. 892. — *ἐπιβατός* Tim. 24, — absoluta potestate reliqua, ut *ὑπερβατέν* Protag. 343. extr. — *ἐκλεκτός* Legg. XII, 946. extr. — *συνδετός* Polit. 279. — *ἐπακτός* Rep. III, 405. B, quorum duo postrema adjicienda sunt iis, quae protulit Lobeck Paralip. dissert. VII. §. 9 et 11. testandi gratia non contineri inter se vinculo quodam oxytonesin verbalium a compositis profectorum atque intellectum potentialem. Verum ne potentialia quidem omnia Platonis in libris ultimam erigunt, neque *ἔκπλυτος* Rep. IV, 429. E. neque *σύσπαστος* Symp. c. 15 §. 4.

Quae vero supra adscripsi verbalia oxytona non ita apposita sunt ad illustrandam motionem, quum praeter unum *ἐπακτός* in genere posita sint aut masculino aut neutro; *ἐπακτός* autem ipsum feminina positione caret, summo enim librorum consensu legitur Rep. IX, 573, B. *μανίας ἐπακτοῦ* — repugnat ergo illi regulae. Proparoxytona autem quae sunt, ei videntur accommodata, ut *ἐπίκτητος δόξα* Phaedr. 237. D.— *ὑπ' ἀνάγκης — τῆς ἐμφύτου* Rep. 458. D. — *ἐπιστήμη ἀκηράτῳ τρεφομένη* Phaedr. 247. D. et alia multa.

Verbalium in *τέος* exeuntium vero, sive a verbis ducta sunt simplicibus, sive a compositis, et tonus semper est in ultimae proxima et genera tria: *ἡ πόλις προσρητέα* Rep. IV, 428. C. — *αὗται — ἀφαιρετέαι* ib. 398. E.

§. 2. Motio per gradus quam vocant.

De adjectivis in τος per gradus motis quum grammatici nostri tacere videantur, exsignare placet, quidquid eiusmodi apud Platonem indagavi.

Comparativi exempla sunt: *δυνατώτερος* Phaedr. 276. A. et saepissime — *θαυμαστότερος* Theaet. 142. B. al. *ὑβριστότεροι* Legg. I, 641 med.

ἀδυνατώτερον Theact. 192. B. — *ἀκαμπτοτέραν* Tim. 74. pr. *ἀναισχυντότερον* Legg. II, 671. med. — *ἀνεπιληπτότερον* Phil. 43. pr.

δυσαλωτότερος Lys. 206. A. — *δυσκαταμαθητότερον* Polit. 303. extr. — *δυσαπαλλακτότερον*. Tim. 85. pr.

εὐαπατητότεροι Phaedr. 263. B. — εὐαρμοστότεροι Protag. 326. pr. — εὐπλαστότερον. Legg. II, 666. med.

Superlativi gradus formam referunt haecce: δυνατώτατος Symp. 4. §. 4. Rep. I, 332. D. et saepius — θαυμαστότατον Symp. 35. §. 3. — ὀνομαστότατος Tim. 21 extr. ἀγαπητότατον Phil. 61. extr. — καταγελαστότατος Rep. IV, 450. — ἀδυνατώτατον Soph. 250 extr. — ἀνοητότατος Symp. 9 §. 1. ἀπληστότατον Rep. IV, 442. A. — ἀκολαστοτάτους Protag. 349. extr. — ἀναισχυντότατον Apol. 17. pr. — ἀκινητοτάτη Tim. 55. extr. — ἀμικτότατα Phil. 59. med. — ἀστασιαστοτάτην ib. 63. extr. —

δυσεξελεγκτότατον Phaedo. 85. med. — δυσαλωτότατον Tim. 51. pr., pro quo ubi injuria Stallbaumius δυσαλώτατον unius codicis auctoritate Platoni obtrusit v. Lobeck. Paralip. pag. 39. — δυσκινητότατον Tim. 56. pr. — δυσμεταχειριστότατον Legg. VII, 808. extr. —

εὐαρμοστότατον Phaedo. 85 med. — εὐκινητότατον Tim. 56. pr. Quibus dinumeratis, miremur necesse est, vocabula decumana septem vel octo syllabarum Graecis non fuisse absona. —

Altera pars.

De usu.

Cap. I.

§. 1. Et principio quidem exponendum videtur de significatione adjectivorum in τος terminatorum, cuius quum apud alios scriptores tum apud Platonem mira est varietas. Sed a grammaticis vel nostrae memoriae, hoc loco artis grammaticae parum diligenter tractato, multa significationis genera nondum cognita scientiaque comprehensa videntur, quum de iis ne hiscant quidem. Nos quidem multa istorum nominum ad vim participiorum certorum temporum et activi et passivi accedere, pleraque vero facultatem, ut explanatius dicam, quae verbo, unde profluxerunt, significatur actionem effici posse, declarare videbimus. Et haec ego nunc percensere conabor. Verum, ut certus quidam ordo servetur, distribuere ea placet sic, ut primum quae non composita sunt, sed a verbis formata solis, commemorem in iisque ea, quae ab activis profecta sunt, ab iis sejungam, quae a deponentibus.

Quae non composita sunt, eorum minor est numerus quam compositorum.

A verbis activis originem habent:

1. Αἱρετός qui percipi vel comprehendi potest, uno tantum loco Phaedo. 81 pr. τὸ — τοῖς ὄμμασι σκοτῶδες καὶ ἀειδές, νοητὸν δὲ καὶ φιλοσοφίᾳ αἱρετόν.

2. Ἁπτός tractabilis saepe cum ὁρατός conjunctum Soph. 247. pr. οὔσης οὖν δικαιοσύνης καὶ φρονήσεως — πότερον ὁρατὸν καὶ ἁπτὸν εἶναί φασί τι αὐτῶν ἢ πάντα ἀόρατα;

3. Γνωστός qui cognosci potest Rep. V, 477. A. τὸ μὲν παντελῶς ὂν παντελῶς γνωστὸν, μὴ ὂν δὲ μηδαμῇ ἄγνωστον.

4. Διδακτός qui doceri,

5. μαθητός qui disci,

6. ἀσκητός qui usu et exercitatione comparari potest, ut intelligitur ex luculentissimo de virtute dialogi, qui inscribitur Menon, exordio: Ἔχεις μοι εἰπεῖν — ἆρα διδακτὸν ἡ ἀρετή, ἢ οὐ διδακτὸν, ἀλλ' ἀσκητόν; ἢ οὔτε ἀσκητὸν οὔτε μαθητόν, ἀλλὰ φύσει παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις; — ubi amplificatam animadvertas nominis ἀσκητός potestatem, qua opus hic esse voces, quibus ista opposita est, arguunt.

7. Consimili modo παιδευτός non est, qui institui, sed qui institutione comparari potest Protag. 324. pr. τοιαύτην διάνοιαν ἔχων (h. e. neminem prudentem punire, quia peccatum est, sed ne peccetur) διανοεῖται παιδευτὴν εἶναι ἀρετήν. —

8. Ἐλπιστόν in eo positum, quod exspectari licet, Legg. IX, 853 extr. πολίτην — οὔτ' ἂν βουλοίμεθα οὔτε ἐλπιστὸν νοσῆσαί ποτε ἂν ταύτην τὴν νόσον.

9. Θεραπευτός qui coli potest Protag. 325. pr. διδακτοῦ ὄντος καὶ θεραπευτοῦ scil. τῆς ἀρετῆς.

10. Καμπτός flexibilis Tim. 44. extr. ἐκτατά τε κῶλα καὶ καμπτὰ ἔφυσε τέτταρα h. e. crura et manus.

11. Κινητός mobilis Tim. 37. extr. εἰκὼ — ἐπινοεῖ κινητόν τινα αἰῶνος ποιῆσαι, καὶ ποιεῖ μένοντος αἰῶνος ἐν ἑνὶ κατ' ἀριθμὸν ἰοῦσαν αἰώνιον εἰκόνα, τοῦτον ὃν δὴ χρόνον ὠνομάκαμεν.

12. Ληπτός qui comprehendi potest Rep. VII, 529. D. ἃ δὴ λόγῳ μὲν καὶ διανοίᾳ λῃπτὰ, ὄψει δ' οὔ. —

13. Λυτός dissolubilis Tim. 41. pr. τὸ δεθὲν πᾶν λυτόν.

14. Μεριστός dividuus Parm. 131. med. μεριστὰ ἄρα — ἔστιν αὐτὰ τὰ εἴδη.

15. Μετρητός sub mensuram cadens Legg. VII, 819 extr. ἆρ' οὖν οὐ δοκεῖ σοι ταῦτα εἶναι πάντα μετρητὰ πρὸς ἄλληλα; subsequuntur enim μῆκός τε, οἶμαι, πρὸς μῆκος, καὶ πλάτος πρὸς πλάτος — δυνατὸν εἶναι μετρεῖν φύσει.

16. Νοητός qui ratione intelligi potest, in exitu Timaei: οὕτω ζῷον ὁρατὸν τὰ ὁρατὰ περιέχον, εἰκὼν τοῦ νοητοῦ θεοῦ αἰσθητὸς — εἷς οὐρανὸς ὅδε μονογενὴς ὤν.

17. Ὁρατός qui videri potest Phaedo. 79 pr. θῶμεν δύο εἴδη τῶν ὄντων, τὸ μὲν ὁρατὸν, τὸ δὲ ἀειδές. —

18. Ῥητός qui dici sive in medium proferri potest Legg. VII, 817 extr. εἴτε ῥητὰ καὶ ἐπιτήδεια πεποιήκατε λέγειν εἰς τὸ μέσον εἴτε μή — 2) qui explicari potest Theaet. 202. B. οὕτω δὴ τὰ μὲν στοιχεῖα ἄγνωστα εἶναι, αἰσθητὰ δὲ· τὰς δὲ συλλαβὰς (h. e. omnino τὰ ἐκ στοιχείων συμπλακέντα, non litterarum comprehensiones v. Heindorfii adnot. ad h. l.) γνωστάς τε καὶ ῥητὰς καὶ ἀληθεῖ δόξῃ δοξαστάς. —

19. Δοξαστός comprehensibilis v. locum proxime citatum.

20. Τηκτός qui liquefieri potest Soph. 265. med. ὅσα ἄψυχα ἐν γῇ ξυνίσταται σώματα τηκτὰ καὶ ἄτηκτα.

21. Χυτός qui fundi potest, hinc liquidus, sed tantummodo in metallis positum; nam Tim. 58 extr. τὸ χυτὸν γένος ὕδατος oppositum est τῷ ὑγρῷ — et metallorum quidem liquorem nomine illo appellari liquet ex his verbis: τούτων δὴ πάντων ὅσα χυτὰ προείπομεν ὕδατα, τὸ μὲν ἐκ λεπτοτάτων καὶ ὁμαλωτάτων πυκνότατον γιγνόμενον — στίλβοντι καὶ ξανθῷ χρώματι κοινωθέν, χρυσὸς ἠθημένος διὰ πέτρας ἐπάγη. (Tim. 59 prim.) Adjungenda videntur: Tim. 60 extr. χυτὴ γῆ γενομένη διὰ πυρός etc. ibid. 61. pr. ὅσα λίθων χυτὰ εἴδη καλεῖται.

Sequantur parasynthetorum exempla:

1. Ἀναμνηστόν quod reminiscendo cognosci potest Meno. 87. pr. ἆρα διδακτὸν ἢ οὔ; (scil. ἡ ἀρετή) ἢ ἀναμνηστόν.

2. Ἀνεκτός tolerabilis in Platonis dialogis nisi cum adjuncta particula negativa non legitur. Phaedr. 240. E. ψόγους — οὐκ ἀνεκτούς.

3. Διαβατός qui transiri potest Legg. X, 892 extr. σκέψασθαι, εἰ διαβατός ἐστι πρεσβυτέροις οὐσι scil. ποταμὸς ὁ σφόδρα ῥέων.

4. Διαλυτός dissolubilis Phaedo. 80. pr. τῷ ἀνθρωπίνῳ — καὶ διαλυτῷ καὶ μηδέποτε κατὰ ταὐτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ ὁμοιότατον εἶναι σῶμα.

5. Ἔκπλυτος qui elui potest Rep. IV, 429. E. ὃ μὲν ἂν τούτῳ τῷ τρόπῳ βαφῇ, δευσοποιὸν γίγνεται τὸ βαφέν — ἃ δ' ἂν μή, οἶσθα, οἷα δὴ γίγνεται. Οἶδα — ὅτε ἔκπλυτα.

6. Ἐκτατός qui extendi potest. Quod probatur exemplo ad vocem καμπτός supra prolato.

7. Μεταπειστός qui ad aliam traduci potest sententiam Tim. 51. extr. τὸ μὲν (scil. ὁ νοῦς) ἀκίνητον πειθοῖ, τὸ δὲ (scil. ἡ δόξα) μεταπειστόν.

8. Παραδοτός qui tradi h. e. doceri et

9. παραληπτός qui accipi potest Meno. 93. pr. εἰ διδακτόν ἐστιν ἀρετή, πάλαι σκοποῦμεν· τοῦτο δὲ σκοποῦντες τόδε σκοποῦμεν, ἆρα — ἢ οὐ παραδοτὸν τοῦτο ἀνθρώπῳ οὐδὲ παραληπτόν, an nec tradi alteri nec accipi virtus possit.

10. Παρασκευαστός qui comparari potest Protag. 324. pr. παρασκευαστὸν εἶναι ἀρετήν. —

11. Περιληπτός qui comprehendi potest Tim. 28. extr. ὁρατὸς — ἐστὶ καὶ σῶμα ἔχων scil. mundus, πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα αἰσθητά, τὰ δὲ αἰσθητὰ δόξῃ περιληπτὰ μετὰ αἰσθήσεως etc. quae vero sub sensus cadunt, cogitatione comprehendi possunt etc.

12. Σύσπαστος qui contrahi potest. Sympos. c. 15. §. 4. συνέλκων πανταχόθεν τὸ δέρμα ἐπὶ τὴν γαστέρα νῦν καλουμένην ὥσπερ τὰ σύσπαστα βάλαντια. Ficinus, ut mea fert sententia, perperam reddit contracta; non permittit enim ratio, ut contrahi dicantur marsupia contracta.

A deponentibus ducta sunt:

1. Αἰσθητός sub sensum cadens, vide locum ad vocem περιληπτός supra propositum.

2. Ἐπιστητός qui sciri potest Theaet. 201 extr. *τὴν μὲν μετὰ λόγου ἀληθῆ δόξαν ἐπιστήμην εἶναι — καὶ ὧν μὲν μή ἐστι λόγος, οὐκ ἐπιστητὰ εἶναι.*

3. Ἰατός qui sanari potest Legg. V, 731. med. *τὰ — αὐτοῦ ὅσοι ἀδικοῦσι μέν, ἰατὰ δὲ* etc. opposita iis, quae paullo antecedunt *τὰ — δυσίατα ἢ καὶ — ἀνίατα ἀδικήματα.*

4. Κτητός uno certe loco eum designat, qui acquiri potest Protag. 324. pr. *ὡς ἐξ ἐπιμελείας καὶ μαθήσεως κτητῆς οὔσης* scil. *ἀρετῆς*, quam paullo post distinctius dicit *παιδευτὴν εἶναι* et *διδακτόν*,

5. Παραιτητός placabilis Legg. X. 905. extr. *τὸ — παραιτητοὺς θεοὺς εἶναι τοῖς ἀδικοῦσι, δεχομένους δῶρα — παντὶ τρόπῳ ἐλεγκτέον.*

§. 2.

Succedit multo major compositorum frequentia. Conjugata autem sunt significationis potentialis adjectiva cum duobus praepositionibus, quae vocantur inseparabiles, alpha privativo et *δυς* — et cum adverbio *εὖ*, nunquam cum ullo nomine.

Quibus praepositum est alpha privativum, haecce sunt:

1. Ἄβατος semel is dicitur qui trajici nequit Legg. X. 892 extr. *εἰ — ἄβατος ἦν* scil. *ὁ ποταμὸς ὁ σφόδρα ῥέων*, quae opposita sunt antecedentibus *σκέψασθαι, εἰ διαβατός ἐστι πρεσβυτέροις* etc.

2. Ἄγνωστος oppositum *τῷ γνωστῷ* v. hanc vocem, simplicium tertiam.

3. Ἀδιάλυτος (v. *διαλυτός*, parasynthetorum quartum) et

4. ἄλυτος indissolubilis Tim. 43. pr. *οὐ τοῖς ἀλύτοις δεσμοῖς.*

5. Ἀδιανόητος non comprehensibilis et

6. *ἄφθεγκτον* quod eloqui non possumus. Soph. 238. med. *συγγνοῖς οὖν, ὡς οὔτε φθέγξασθαι δυνατὸν ὀρθῶς οὔτ' εἰπεῖν οὔτε διανοηθῆναι τὸ μὴ ὂν αὐτό, ἀλλ' ἔστιν ἀδιανόητόν τε καὶ ἄῤῥητον καὶ ἄφθεγκτον καὶ ἄλογον*; ἀδιαν. ergo idem valet, quod antecedentia *οὐ δυνατὸν διανοηθῆναι.*

7. Ἀδιερεύνητος qui pervestigari nequit Tim. 25. extr. *νῦν ἄπορον καὶ ἀδιερεύνητον γέγονε τοὐκεῖ πέλαγος, πηλοῦ κάρτα βαθέος ἐμποδὼν ὄντος.*

8. Ἀήττητος insuperabilis et

9. *ἀνίκητος* ejusdem significationis Rep. II, 375. B. *ἦ οὐκ ἐννενόηκας, ὡς ἄμαχόν τε καὶ ἀνίκητον θυμός, οὗ παρόντος ψυχὴ πᾶσα πρὸς πάντα ἄφοβός τε καὶ ἀήττητος*; inexpugnabilem et invictam esse iram, qua praesente animus intrepidus est et invictus.

10. Ἄκαμπτος inflexibilis Tim. 74. pr. *τὴν — τῆς ὀστέινης φύσεως ἕξιν — τοῦ δέοντος κραυροτέραν εἶναι καὶ ἀκαμπτοτέραν.*

11. Ἀκίνητος immobilis, immutabilis, vide quod ad nomen *μεταπειστός*, parasynthetorum septimum, adscripsi exemplum.

12. Ἀμέριστος individuus Theaet. 205. D. *ἡ αἰτία τοῦ μονοειδές τι καὶ ἀμέριστον αὐτὸ εἶναι.*

13. Ἀναίσθητος rectius ac distinctius esse censeo, qui sensibus non potest percipi, quam, ut Astius interpretatur, qui non percipitur sensibus. Tim. 52. prim. *ἀόρατον — καὶ ἄλλως ἀναίσθητον, τοῦτο ὃ δὴ νόησις εἴληχεν ἐπισκοπεῖν*, quae contraria sunt subsequentium: *αἰσθητόν — δόξῃ μετ' αἰσθήσεως περιληπτόν.*

14. Ἀνάλωτος qui convinci nequit, uno dumtaxat loco Theaet. 179. C. *χαλεπώτερον ἐλεῖν ὡς οὐκ ἀληθεῖς* (scil. sensus in iisque positas cogitationes). *Ἴσως δὲ οὐδὲν λέγω· ἀνάλωτοι γὰρ εἰ ἔτυχόν εἰσι* etc. Ceterum haec nominis potestas Papium fugit.

15. Ἀναρίθμητος innumerabilis Theaet. 175. A. *προγόνων μυριάδες — ἀναρίθμητοι.*

16. Ἀνέγκλητος cui crimini dari nihil potest, ergo crimine vacuus Legg. V, 737. prim. *ἀνεγκλήτους — δεῖ τὰς οὐσίας πρὸς ἀλλήλους κατασκευάζεσθαι.*

17. Ἀνέκπλυτος qui elui sive deleri non potest Tim. 26. med. *οἷον ἐγκαύματα ἀνεκπλύτου γραφῆς ἔμμονα γέγονε.*

18. Ἀνεύρετος qui inveniri vel investigari nequit Cratyl. 421. extr. *τὰ πρῶτα τῶν ὀνομάτων ἀνεύρετα εἶναι*, sic enim legerim cum Bekkero et plerisque codicibus, cur *ἀνεύρετος* scribendum nonnulli censeant, non dispiciens.

19. Ἀνίατος insanabilis quum de corporis morbis Gorg. 512. A. *ἀνιάτοις νοσήμασι κατὰ τὸ σῶμα συνεχόμενος* — tum de animi usurpatur Rep. III, 410. A. *τοὺς κατὰ τὴν ψυχὴν κακοφυεῖς τε καὶ ἀνιάτους* h. e. eos qui emendari nequeunt.

20. Pari significatione est *ἀνήκεστος* Rep. X, 619 *ὅπως μὴ ἐμπεσὼν εἰς τυραννίδας ἐργάσηται — ἀνήκεστα κακά.*

21. Ἀνήνυτος qui perfici vel ad finem perduci nequit, hinc primum infinitus Gorg. 507. E. *ταύτας* (scil. voluptates) *ἐπιχειροῦντα πληροῦν, ἀνήνυτον κακόν* — deinde pluribus locis irritus Phaedo. 84. A. *οὐκ ἂν οἰηθείη τὴν φιλοσοφίαν χρῆναι — ἀνήνυτον ἔργον πράττειν, Πηνελόπης τινὰ ἐναντίως ἱστὸν μεταχειριζομένην.*

22. Ἀνυπόστατος, cui resisti nequit, significatione ergo a medio repetita Legg. III, 686. pr. *ἀνυπόστατον ἄν τινα δύναμιν ἔσχε.*

23. Ἀόρατος ad oculos non accidens Tim. 36. extr. *ἀόρατος — ψυχή.* Mirum in modum Bekkerus uno loco Tim. 51. prim. *ἀνόρατον* scribit, aliquot codices secutus, quod explodendum et ejiciendum videtur, quum et Platoni alibi et optimo cuique scriptori *ἀόρατος*, non inserta littera *ν*, praeferentibus (cf. Buttmann. gram. graec. II. p. 466.) prorsus sit inusitatum.

24. Ἀπαραίτητος implacabilis Legg. X, 907. pr. *θεοί τε ὡς εἰσὶ καὶ ὡς ἐπιμελεῖς καὶ παρὰ τὸ δίκαιον — ἀπαραίτητοι* etc.

25. Ἀπέραντος et *ἀνήνυτος*, quod supra commemoravi, cognominata quidem sunt, differunt autem id, quod illud irriti significatu prorsus caret et priori h. e. infiniti potestate numerum quoque, non modum solum indicat Parm. 144. pr. *μέρη ἀπέραντα τῆς οὐσίας* — Rep. IX, 591. D. *ἀπέραντα κακὰ ἔχων* et alias saepe.

26. Ἄπληστος inexplebilis, insatiabilis Rep. IX, 578. A. *ψυχὴν τυραννικὴν — ἄπληστον — ἀεὶ εἶναι.*

27. Ἄῤῥατος ab exoleto ῥάω, unde ῥαίω, ῥήσσω arcessi solet (vide quod Ruhnkenius in Tim. lex. de hac voce disputat) explicarique: qui frangi nequit, unde firmus vel durus Cratyl. 407. extr. *τὸ σκληρόν τε καὶ ἀμετάστροφον, ὃ δὴ ἄῤῥατον καλεῖται* — et infatigabilis Rep. VII, 535 B. *μνήμονα δὴ καὶ ἄῤῥατον καὶ πάντη φιλόπονον ζητητέον*, ubi praeferre non dubito ἄῤῥατον Stephani scripturae nonnullorumque codicum ἄκρατον, non magis quam aliis, quas affert Schneiderus, idque quum propter nominum juncturam, tum maxime propterea, quod et antecedente et subsequente oratione Socrates de ingenii praestantia disserit atque indagandi discendique alacritate, quam vult in iis esse, qui ad philosophiae studium se conferant cf. 535. B. *ἃ τῇδε τῇ παιδείᾳ τῆς φύσεως πρόσφορα ἑκτέον αὐτοῖς. — Ἀριμύτητα — δεῖ αὐτοῖς πρὸς τὰ μαθήματα ὑπάρχειν καὶ μὴ χαλεπῶς μανθάνειν* etc.

28. Ἄτηκτος oppositum τῷ τηκτῷ, simplicium vigesimo, ubi vide locum adscriptum.

29. Ἄτμητος individuus Phaedr. 277. B. *πρὶν ἄν τις — ὁρισάμενος — κατ' εἴδη μέχρι τοῦ ἀτμήτου τέμνειν ἐπιστηθῇ.*

30. Ἄφυκτος inevitabilis Legg. IX, 873 med. *μήτε ἀφύκτῳ προσπεσούσῃ τύχῃ ἀναγκασθείς.* Tum captiosa atque implicata quaestio, ex qua te quasi expedire vix possis, ἄφυκτος denominatur Theaet. 165. B. *τί — χρήσει ἀφύκτῳ ἐρωτήματι ὅταν ἐρωτᾷ — καταλαβὼν τῇ χειρί σου τὸν ἕτερον ὀφθαλμόν, εἰ ὁρᾷς τὸ ἱμάτιον τῷ κατειλημμένῳ* cf. Euthyd. 276. extr. *πάντα — τοιαῦτα ἐρωτῶμεν ἄφυκτα.*

§. 3.

Incrementum quoddam praeterea capiunt, quae facultatem designant nomina in τος terminata, annexa etiam, ut supra diximus, syllaba δυς — et vocula εὖ, quarum in altera haec inest vis, ut difficile esse indicet ejus verbi, unde adjectivum prodiit compositum, notionem ad effectum adducere, in altera, ut facile. Hoc vero quoniam pervulgatum est apud Graecos scriptores, supersedere mihi liceat exscribendis verbis pluribus potestatem istam confirmare apud Platonem; satis sit sola proferre nomina.

Cum δυς — conglutinata sunt: *δυζάλωτος, δυζανάπειστος, δυσαπάλλακτος δυσαπόδεικτος, δύσβατος, δύσγνωστος, δυσδιερεύνητος, δυσέκνιπτος, δυσεξαπάτητος, δυσεξέλεγκτος, δυσθήρευτος, δυσθησαύριστος, δυσίατος, δυσκαταμάθητος, δυσκίνητος, δυσκοινώνητος, δύσκριτος, δυσμεταχείριστος, δύσμικτος, δυσπαραμύθητος, δύσπεπτος, δύσφραστος.* —

Εὖ vero annexum est hisce: *εὐάλωτος, εὐαπάτητος, εὐαρίθμητος, εὔβατος, εὔγνωστος, εὐδιάφθαρτος, εὐέλεγκτος, εὐεξαπάτητος, εὐεξέλεγκτος, εὐεπίθετος, εὐκίνητος, εὔκριτος, εὐμεταχείριστος, εὐμνημόνευτος*[1], *εὐομολόγητος, εὐπαραμύθητος, εὔπλαστος, εὔχρηστος.*

Hinc autem discedere nequit sermo, priusquam mentionem injecerit duorum,

quae, quamquam cum εὖ copulata, vim tamen habent ab istis diversam. Sunt haec: εὐαίσθητος, quo nomine, acute qui sentit, appellatur Legg. VII, 812 med. τοὺς τοῦ Διονύσου ᾠδοὺς διαφερόντως εὐαισθήτους δεῖν γεγονέναι περὶ τοὺς ῥυθμούς etc. — et εὐάρμοστος concinens Rep. III, 400. D. τὸ εὔρυθμον — καὶ ἄῤῥυθμον — — καὶ τὸ εὐάρμοστον καὶ ἀνάρμοστον — et aliis locis.

Hoc vero discriminis inter Homeri usum et Platonis intercedit, quod apud illum vocula εὖ nunquam, ut mea est memoria, cum verbalibus potentialis significationis connexa comparet, sed, uno excepto, cum iis tantum, quae vim habent participii perf. pass. Quo fit, ut apud Homerum εὖ sit bene, hinc firmiter aut pulchre, non facile.

Ab illo excipiendo ut exordium faciam, εὔβοτος Od. 15, 406, ubi epitheton est fabulosae insulae Syriae, conflatum est ex adverbio εὖ et nomine verbali, cui pascentis, ergo participii praes. activi vis est subjecta, vertendum igitur bene pascens, bonis instructa pascuis. Reliqua cum εὖ composita verbalia sunt:

εὐγναμπτος Od. 18, 294. περόναι — κλῃῖσιν εὐγνάμπτοις ἀραρυῖαι hamulis pulchre flexis.

εὔδμητος pulchre conditus s. constructus ἐΰδμητον περὶ βωμόν Il. 1, 448. — et saepius.

Tantundem valet εὐκτιτος Il. 2, 592. εὐκτιτον Αἶπυ.

εὔνητος pulchre textus repraesentatur epica forma ἐύννητος: χιτών Il. 18, 596. πέπλος Od. 7, 97. —

εὐξεστος pulchre levatus s. politus ἀπήνη Il. 24, 275. τράπεζα Od. 15, 333.

εὔπηκτος bene junctus seu potius firmiter constructus, aedificiorum et tentoriorum epitheton Il. 2, 661. Od. 21, 334.

εὔπλεκτος bene i. e. firmiter nexus σειραί Il. 23, 115.

εὐποίητος bene vel pulchre fabricatus φάλαρα Il. 16, 106. θρόνοι Od. 20, 150. —

εὔπρηστος vehementer afflatus Il. 18, 471 εὔπρηστον ἀϋτμὴν ἐξανιεῖσαι (scil. folles) flatum s. ventum vehementer excitatum emittentes.

εὐστρεπτος, Od. 2, 426 ἐϋστρέπτοισι βοεῦσιν loris taureis bene tortis.

εὔτμητος pulchre sectus Il. 7, 304 ἐϋτμήτῳ τελαμῶνι.

εὔτυκτος pulchre constructus κλισίη Il. 10, 566 — et alias. Neque urget ulla necessitas, ut εὐκέατος κέδρος Od. 5, 60. Eustathium et Papium sequentes, cedrus ad findendum facilis interpretemur. Quae est verborum junctura: ὀδμὴ — κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει —, εὐκέατος reddi potest bene fissa. —

Cap. II.

Secundum adjectiva potentialia maximus est eorum numerus, quae potestate participiis conveniunt temporum praeteritorum passivi.

1. Ἀνάδαστος ab ἀναδαίω oriundum est denuo divisus Legg. VIII, 843. B. ὡς ἀνάδαστον γῆν — ποιοῦντος.

2. Ἀνάρπαστος raptus Phaedr. 229. C. ὑπὸ τοῦ Βορέου ἀνάρπαστον γεγονέναι.

3. Ἀνάστατος sede excitatus-plerumque in urbibus est positum, quae, expulsis incolis, eversae sunt, ut Legg. III, 682. extr. τὴν Τροίαν ἀνάστατον ἐποίησαν cf. ib. III, 697. extr. IV, 716. pr. VI, 770. extr.; uno autem loco Soph. 252. pr. decreta diversorum philosophorum ἀνάστατα dicuntur h. e. in seditione esse: τῇ συνομολογίᾳ πάντα ἀνάστατα γέγονεν, ἅμα τε τῶν τὸ πᾶν κινούντων καὶ τῶν ὡς ἓν ἱστάντων etc.

4. Ἀπόθετος reconditus Phaedr. 252. B. λέγουσι — τινὲς Ὁμηρίδαι ἐκ τῶν ἀποθέτων ἐπῶν δύο ἔπη. Haud sane facile est dijudicatu, quid vox hoc loco significet, sed non esse existimo, cur Heindorfio accedamus interpretanti: „de brevibus, recisis, separatis poematiis dicta, quae majoribus Homeri poematis opponantur.“

5. Ἀπόῤῥητος interdictus — semel dumtaxat: Legg. XI, 932. med. ἀπόῤῥητον μηδὲν ποιούμενοι. Saepius arcanum declarat vel secretum, quod ex significatione non dicti manavit. Quo pertinent: ἐν ἀποῤῥήτῳ, ἐν ἀποῤῥήτοις et δι' ἀποῤῥήτων. Theaet. 152. C. τοῖς μαθηταῖς ἐν ἀποῤῥήτῳ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγε. — Phaedo. 62. pr. ὁ ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος, interprete Astio, oratio tecta, quam vocitamus symbolicam. Rep. II, 378. B. δι' ἀποῤῥήτων.

6. Ἄφετος dimissus, liber Critia 119. extr. ἀφέτων ὄντων ταύρων ἐν τῷ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερῷ.

7. Γεννητός procreatus, et quod huic opponitur

8. ποιητός adoptatus Legg. XI, 923.

9. Γραπτός scriptus. Legg. VI, 773. extr. γραπτῷ νόμῳ.

10. Ἐκλεκτός selectus Legg. XII, 946. extr. εἰς τοὺς ἐκλεκτοὺς δικαστὰς εἰσαγέτω.

11. Ἐμβρόντητος attonitus Alcib. II, 140. med. λιθίους τε καὶ ἐμβροντήτους (scil. καλοῦμεν.)

12. Ἔμπληκτος perculsus, quum autem in eo, qui repentino timore opprimitur, nulla sit cogitandi constantia, nascitur inconstantis potestas, quae inprimis locum habet Gorg. 482. A. καί μοί ἐστι τῶν ἑτέρων παιδικῶν πολὺ ἧττον ἔμπληκτος (scil. philosophia) — itidem, opinor, Lys. 214. D. τοὺς κακοὺς μηδέποθ' ὁμοίους μηδ' αὐτοὺς αὑτοῖς εἶναι, ἀλλ' ἐμπλήκτους τε καὶ ἀσταθμήτους.

13. Ἔμφυτος insitus Symp. c. 15. §. 17. ὁ ἔρως ἔμφυτος ἀλλήλων τοῖς ἀνθρώποις innatus est hominibus inter se amor.

14. Ἐπακτός adscitus Rep. III, 405. B. τὸ ἐπακτῷ παρ' ἄλλων τῷ δικαίῳ ἀναγκάζεσθαι χρῆσθαι iustitia ab aliis adscita uti.

15. Ἑφθός elixus Rep. III, 404. C. οὔτε ἑφθοῖς κρέασιν, ἀλλὰ μόνον ὀπτοῖς (scil. ἑστιᾷ) non elixam carnem, sed assam apponit.

16. Κληρωτός sortitus Polit. 291. pr. τοὺς κληρωτοὺς βασιλέας.

17. Κολλητός conglutinatus Polit. 279. extr. τὰ μὲν ὕδασι καὶ γῇ κολλητά aqua et humo coagmentata.

18. Μικτός mixtus, compositus Parm. 145. B. εὐθέος ἢ στρογγύλου ἤ τινος μικτοῦ ἐξ ἀμφοῖν (scil. σχήματος).

19. Μισθωτός mercede conductus, mercenarius Polit. 290. pr. μισθωτοὺς καὶ θῆτας πᾶσιν — ὑπηρετοῦντας — et saepe.

20. Πηκτός concretus Tim. 59. med. πηκτῶν ἓν γένος ὑδάτων.

21. Πιλητός e lana coacta factus Tim. 74. med. τὰ πιλητὰ — κτήματα.

22. Πλαστός fictus Soph. 219. pr. τὸ σύνθετον καὶ πλαστόν, ὃ δὴ σκεῦος ὠνομάκαμεν.

23. Πρόκριτος electus Rep. VII, 537. D. τοὺς ἐκ τῶν προκρίτων προκρινάμενον εἰς μείζους — τιμὰς καθιστάναι scil. oportet — πρόκριτοι hoc loco idem valet, quod paulo ante οἱ προκριθέντες l. c. B.

24. Πτερωτός pinnatus Phaedr. 251. B. ἦν τὸ πάλαι πτερωτή scil. ἡ ψυχή.

25. Σκευαστός paratus, factus et

26. φυτευτός satus: πᾶν τὸ φυτευτὸν καὶ τὸ σκευαστὸν γένος Rep. VI, 510. A.

27. Σύμμικτος commixtus, compositus Tim. 61. pr. τῶν συμμίκτων ἐκ γῆς τε καὶ ὕδατος σωμάτων.

28. Σύμφυτος congenitus, concretus Theaet. 156. D. αἴσθησιν αὐτῇ σύμφυτον sensum candori cognatum.

29. Συνδετός colligatus Polit. 279. extr. τῶν συνθέτων τὰ μὲν τρητά, τὰ δὲ ἄνευ τρήσεως συνδετά.

30. Σύνθετος compositus Rep. X. 611. B. σύνθετον — ἐκ πολλῶν.

31. Τακτός constitutus Legg. X, 909. med. τακτὴν — ὑπὸ τῶν νομοφυλάκων τροφήν.

32. Τρητός perforatus Polit. 279. extr. vide ad nomen συνδετός apposita verba.

33. Ὑπερβατός trajectus dictum est in verborum positura Protag. 343. extr. ὑπερβατὸν δεῖ θεῖναι ἐν τῷ ᾄσματι τὸ ἀληθέως.

Tum etiam a certis deponentibus adjectiva in τος formata sunt significatu latini participii perfecti passivi. Nec mirum, quum haec deponentia sint ejus modi, ut eorum notionem tempora quaedam nonnunquam exhibeant passive, velut ὠνηθέν emtum Legg. VIII, 850. pr. — κεκτημένος qui possidetur ib. XII, 965. pr.

1. Κτητός acquisitus et

2. ὠνητός emtus Legg. VIII, 841. extr. εἴ τις συγγίγνοιτο — ὠνηταῖς εἴτε ἄλλῳ ἑτῳοῦν τρόπῳ κτηταῖς (γυναιξί).

3. Ἐπίκτητος praeterea acquisitus Legg. XI, 924. pr. τὸ τῆς ἐπικτήτου (οὐσίας) δεκατημόριον ἐξελόμενος. Paulum mutata est significatio Phaedr. 237. extr. ἄλλη δὲ ἐπίκτητος δόξα h. e. adscita, quae opponitur τῇ ἐμφύτῳ ἐπιθυμίᾳ — itemque aliis locis.

4. Περιμάχητος de quo certatum est Rep. IX, 586. B. ὥσπερ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ — περιμάχητον — cf. Legg. III, 678.

His denique addendum videtur αἱρετός, quo medii notio translata est in passivam et participii quidem perfecti eodemque jure, quo illis, quum, ut hoc afferam, ᾑρημένος στρατηγός apud Xenophontem Hell. I, 4, 21 sit dux electus. Et electum

quidem procul dubio αἱρετός significat Legg. VI, 759. prim. τὰ μὲν αἱρετὰ χρὴ, τα δὲ κληρωτά . . . . γίγνεσθαι, item ib. XI, 915. med. 12, 956. pr. et Menex. 238. D. Eligendi vis autem non activo subjecta est, sed medio generi.

§. 2.

Sequatur nunc longior series adjectivorum similis potestatis, quae ab alpha privativo incipiunt.

1. Ἀγέννητος non creatus Tim. 41. pr. θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ τρί' ἀγέννητα.

2. Ἀγύμναστος inexercitatus Rep. VIII, 564. D. ἀγύμναστον καὶ οὐκ ἐρρωμένον γίγνεται, idemque cum genitivo constructum Rep. III, 396. D. ἀγύμναστος ὢν τοῦ μιμεῖσθαι τοὺς τοιούτους. —

3. Ἀδιάφθαρτος incorruptus Apol. 34. pr. αὐτοὶ μέν — οἱ διεφθαρμένοι — οἱ δὲ ἀδιάφθαρτοι.

4. Ἀδίκαστος non judicatus synonymo ἄκριτος junctum Tim. 51. med. οὔτε — τὸ παρὸν ἄκριτον καὶ ἀδίκαστον ἀφέντα ἄξιον φάναι etc.

5. Ἀήττητος est etiam uno loco invictus Menex. 243. extr. ἀήττητοι ἔτι καὶ νῦν ὑπό γε ἐκείνων ἐσμέν, ἡμεῖς δὲ αὐτοὶ ἡμᾶς αὐτοὺς — ἐνικήσαμεν — altero, ut supra vidimus, insuperabilem declarat Rep. II, 375. pr.

6. Ἀκάθαρτος proprie non purgatus, hinc in universum impurus Phaedo. 81. pr. ἐὰν μεμιασμένη καὶ ἀκάθαρτος τοῦ σώματος ἀπαλλάττηται (ἡ ψυχή).

7. Ἀκέλευστος non jussus, sponte Legg. XII, 953. extr. ἴτω πᾶς ἀκέλευστος.

8. Ἀκήλητος illecebris non captus Phaedr. 259. B. ἐὰν ὁρῶσι — παραπλέοντας σφᾶς ὥσπερ Σειρῆνας ἀκηλήτους.

9. Ἀκήρυκτος non indictus Legg. I, 626. pr. πάσαις πρὸς πάσας τὰς πόλεις ἀεὶ πόλεμον ἀκήρυκτον κατὰ φύσιν εἶναι. Implacabilis sive internecivi potestati, quam voci assignat Astius lex. Plat. I. pag. 74. hic existimaverim non esse locum; fallor enim, aut nihil aliud declarare voluit philosophus, nisi inter civitates semper esse bellum, etiamsi non sit indictum. Quod nescio an melius intelligatur adscriptis proxime antecedentibus verbis: ἦν γὰρ καλοῦσιν οἱ πλεῖστοι — εἰρήνην, τοῦτ' εἶναι μόνον ὄνομα, τῷ δ' ἔργῳ πάσαις πρὸς πάσας etc. vide supra.

10. Ἀκήρατος non corruptus, non tactus — cum genitivo ejus, a quo quid non tactum, quod non expertum est, conjunctum Legg. VIII, 840. extr. ἀκήρατοι γάμων τε καὶ ἀγνοὶ ζῶσιν. — Tim. 95. pr. ἀκήρατον τῶν — κηρῶν. Solum vero positum, nulla alius rei ratione, purus est sive sincerus Phaedr. 247. D. ἐπιστήμῃ ἀκηράτῳ τρεφομένη. Polit. 303. extr. ἀκήρατον χρυσόν aurum solidum.

11. Ἄκλητος non vocatus vel invitatus Symp. c. 2. §. 4 ἰέναι ἄκλητος ἐπὶ δεῖπνον.

12. Ἀκόσμητος non compositus Gorg. 506. E. ψυχὴ — κόσμον ἔχουσα τὸν ἑαυτῆς ἀμείνων τῆς ἀκοσμήτου. Alio loco est rebus ad victum cultumque necessariis non

instructus: Protag. 321. med. *λοιπὸν δὴ ἀκόσμητον ἔτι αὐτῷ ἦν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος*, quod illustratur proxime sequentibus: *καὶ ὁρᾷ — τὸν ἄνθρωπον γυμνόν τε καὶ ἀνυπόδητον καὶ ἄστρωτον καὶ ἄοπλον.*

13. *Ἄκρατος* non mixtus s. temperatus, proprie in vino positum, quod aqua non est mixtum, ut semel apud Platonem Legg. I, 637. extr. *Σκύθαι — ἀκράτῳ χρώμενοι.* Hinc translatum ad res, quae non cadunt sub sensus, et sincerum vel simplicem significat et acrem. Et juvat quidem videre, quomodo transgressus ad hunc usum sit factus, apud ipsum Platonem, qui ait Legg. VIII, 562. extr. *ὅταν ἀκράτου αὐτῆς (τῆς ἐλευθερίας) μεθυσθῇ*, in quibus inest quodammodo utriusque usus copulatio. Hinc *ἡδονὴ ἄκρατος* mera voluptas h. e. quae non est mixta dolore Legg. VII, 793. pr. *τὸν λύπης τε καὶ ἡδονῆς ἀκράτου βίον φεύγειν δεῖν πάντας, μέσον δέ τινα τέμνειν ἀεί* — tum *ἡ ἄκρατος δικαιοσύνη* summa justitia (die reine, unbedingte) Rep. VIII, 545. A. *ἵνα τὸν ἀδικώτατον ἰδόντες ἀντιθῶμεν τῷ δικαιοτάτῳ, καὶ ἡμῖν — ἡ σκέψις ᾖ, πῶς — ἡ ἄκρατος δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν τὴν ἄκρατον ἔχει* etc. Acris deinde potestas, quam statuimus tertiam, itidem profecta est ex illa consuetudine, qua *οἶνος* dicebatur *ἄκρατος*. Etenim quae non temperata erant Graecorum vina, acria fuisse perhibentur. Pertinet huc Phil. 64. extr. *ἀλλά τις ἄκρατος ξυμπεφορημένη ἡ τοιαύτη ξυμφορά.*

14. *Ἀκέραστος*, alterum a verbo *κεράννυμι* declinatum adjectivum, semel tantum legitur apud Platonem Polit. 310. extr. *ψυχὴ ἀκέραστος τόλμης ἀνδρείας* non commixta i. e. expers.

15. *Ἄκριτος*, cujus significationes memorandae sunt tres. Una eaque principalis est indiscreti Gorg. 465. D. *πάντα — ἐφύρετο ἐν τῷ αὐτῷ, ἀκρίτων ὄντων τῶν τε ἰατρικῶν καὶ ὑγιεινῶν*, — non judicati altera Tim. 51. med. *τὸ παρὸν ἄκριτον καὶ ἀδίκαστον ἀφέντα* — tertia non damnati Hipp. maj. 292. B. *ἦ καὶ σύ με ἄκριτον* (indicta causa) *τυπτήσεις;*

16. *Ἀμελέτητος* non paratus Symp. cap. I §. 1. *δοκῶ μοι περὶ ὧν πυνθάνεσθε οὐκ ἀμελέτητος εἶναι.*

17. *Ἀμίαντος* non contaminatus Legg. VI, 777. extr. *ἀμίαντος τοῦ τε ἀνοσίου πέρι καὶ ἀδίκου.*

18. *Ἄμικτος* non mixtus, purus Phileb. 50. extr. *μετὰ μιχθείσας ἡδονὰς — ἐπὶ τὰς ἀμίκτους πορευοίμεθα.*

19. *Ἀμύητος* et

20. *ἀτέλεστος* non initiatus, hoc, opinor, discrimine, ut illud proprie eum, qui ad sacra quaedam admissus est, significet, hoc eum, qui certarum caerimoniarum particeps est factus. Hoc quidem ex eo loco, quo utrumque reperitur conjunctum, Phaedo. 69. med. *ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται* non liquet, attamen et vis verbi *μυεῖν* aliunde est nota, et *ἀτέλεστος* praecipue ad sacra resolutoria referri, concludi fortasse potest ex Rep. II, 365. A. *λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν.*

21. Ἀνέλεγκτος, cujus altera vis est non convicti Gorg. 467. A. εἴ με ἐάσεις ἀνέλεγκτον — altera non examinati Phil. 41. B. τοῦτο τὸ δόγμα — ἀδύνατον ἀνέλεγκτον γίγνεσθαι.

22. Ἀνέλπιστος insperatus Apol. 36. pr. οὐκ ἀνέλπιστόν μοι γέγονε non praeter spem.

23. Ἀνεξέταστος non exploratus Apol. 38. pr. ὁ ἀνεξέταστος βίος οὐ βιωτὸς ἀνθρώπῳ vita inconsiderata.

24. Ἀνερμάτιστος saburra non gravatus Theaet. 144. A. πλοῖα.

25. Ἀνομοθέτητος legibus non constitutus Legg. VI, 781. pr. ἀνομοθέτητον μεθεῖται.

26. Ἀνυπόθετος non sumptus (nicht vorausgesetzt) Rep. VI, 510. B. ἐπ' ἀρχὴν ἀνυπόθετον ἐξ ὑποθέσεως ἰοῦσα (scil. ἡ ψυχή).

27. Ἀξύνθετος non compositus Phaedo. 78. med. ubi ξυνθέτῳ i. e. composito opponitur.

28. Ἀξύστατος non compactus Tim 61. A. γῆν ἀξύστατον ὕδωρ μόνον λύει. —

29. Ἀοίκητος non habitatus de urbe dictum est Legg. VI, 778. pr.

30. Ἀόριστος indefinitus Legg. XI, 916. extr. ἀόριστον ἐᾶν.

31. Ἀπαίδευτος non institutus, humanitatis expers, cum ἄγριος consociatum Gorg. 510. B., cum ἄγροικος Theaet. 174. D.

32. Ἀπροσδόκητος necopinatus Legg. XI, 924. extr. ἀπροσδοκήτῳ τύχῃ χρησάμενος — Charm. 153. pr. ἐξ ἀπροσδοκήτου quod concinit cum latino „ex inopinato."

33. Ἄρρητος semel tantum indictum significat Symp. 189. pr. καί μοι ἔστω ἄρρητα τὰ εἰρημένα — saepius id quod expositum est Legg. VI, 754. pr. μὴ παρῶμεν αὐτὸ ἄρρητον. cf. ib. VII, 788. pr. 793. pr. et Alcib. I, 122. extr.

34. Ἄστρωτος non tectus Polit. 272. pr. γυμνοὶ — καὶ ἄστρωτοι.

35. Ἀσχημάτιστος non formata, forma carens, dicitur ψυχή Phaedr. 247. C.

36. Ἄσχιστος indivisus Soph. 221. extr. τὸ πεζὸν εἰάσαμεν ἄσχιστον.

37. Ἄτακτος inordinatus Legg. XI, 922. pr. ἄτακτον — ἐᾶν.

38. Ἀτάρακτος non perturbatus Tim. 47. med. ξυγγενεῖς ἐκείναις οὔσας, ἀταράκτοις πεταραγμένας.

39. Ἄτηκτος non liquefactus, Phaedo. 106. pr. σῶς καὶ ἄτηκτος nix dicitur.

40. Ἄτρητος non perforatus opponitur τῷ τρητῷ perforato Polit. 279. extr.

41. Ἀφρούρητος non custoditus Legg. VI, 760. pr. ἀφρούρητον μηδὲν ἔστω.

§. 3.

De aliis vocibus, quibuscum connexa sunt adjectiva in τος desinentia, dicenda sunt primum quaedam adjectiva, tum substantiva, deinde adverbia; sed pauca id genus exempla et memorabile, quae cum substantivis copulata sunt, potestatem habere nullam aliam, quam quae participiis respondet temporum praeteritorum passivi.

Quae cum adjectivis adverbiorum loco positis conglutinata sunt, apud Platonem inveni haecce:

1. Ἰσομέτρητος quod aequali est magnitudine Phaedr. 235. D. *χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον — ἀναθήσειν.*

2. Νεότμητος recens sectus Tim. 80. extr. *νεότμητα — καὶ ἀπὸ ξυγγενῶν ὄντα*, scil. *τὰ τῆς τροφῆς νάματα* alimentorum liquores.

3. Ὁλόσχιστος ex toto sectus oppositum est *τῷ συνθέτῳ* Polit. 279. extr. *περικαλυμμάτων δὲ τὰ μὲν ὁλόσχιστα, σύνθετα δὲ ἕτερα.*

4. Πολυθρύλητος multum celebratus, notissimus Rep. VIII, 566. B. *τὸ τυραννικὸν αἴτημα τὸ πολυθρύλητον.*

His subjiciam unum, quod cum sincero copulatum est adverbio:

Παλιναίρετος, quod non plus semel apud Platonem legitur: Tim. 82. extr. *παλιναίρετα — πάντα γεγονότα καὶ διεφθαρμένα τὸ αἷμα αὐτὸ πρῶτον διόλλυσι*, hoc enim certo rectius, quam quod duodecim ex quindecim codicibus, quibus usus est Bekkerus, suppeditant: *πάλιν αἴρεται*, quod sequentibus junctum pravam facit sententiam. At quae voci subjecta est vis? Exponunt eam Timaeus multique alii, quorum aliquot affert Ruhnkenius in lex. Tim. p. 170, sed nullius mihi magis arridet ratio quam Hemsterhusii, qui eodem fere intellectu hanc vocem accipiat, quo *παλινάγρετος* i. e. receptus. Recentiorum quidem praeter Astium et Papium, quorum neuter Hemsterhusium sequitur, interpretatio mihi nota est nulla. Astius breviter: *παλιναίρετος* dirutus. Sed unde hoc? Paulo uberior est Papius, sed quomodo ex grammatici explicatione, quae est apud Bekkerum Anecd. pag. 59. *παλιναίρετα τὰ ἐκ καταλύσεως οἰκοδομίας παλαιᾶς εἰς ἑτέραν πρόσφατον οἰκοδόμησιν ἐμβαλλόμενα* — colligere possit nomen, de quo quaeritur, ruinosum significare, equidem non assequor. Solet enim ex vetustis aedibus ad recentes aedificandas nihil sumi, quin integrum sit. Incidit autem uterque interpres in errorem istum fortasse eo, quod, ut nonnulli faciunt in controversis et ad decernendum difficilibus vocabulis, opus esse existimabant vocem ei, cui sit juncta, similem habere potestatem.

Cum substantivis denique conjugata sunt haecce:

1. Αἰχμάλωτος bello captus Legg. XI, 919. pr. *ὡς ἐχθροὺς αἰχμαλώτους κεχειρωμένους.* —

2. Νυμφόληπτος lymphatus, apud Platonem autem Phaedr. 238. D. *ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος — προϊόντος τοῦ λόγου γένωμαι, μὴ θαυμάσῃς* — positum est in laude de eo, qui divino concitatus est afflatu.

3. Σφυρήλατος malleo cusus, solidus Phaedr. 236. B. *σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι.*

4. Χειροποίητος manu factus Critia 118. med. *χειροποίητον ἔργον.* —

De verbalibus Homericis ut breviter hoc loco dicam, hoc notandum est, multo plura significatione praedita esse participii perfecti pass. quam potentiali.]

Cap. III.

Illis, in quibus vis inest facultatis, significatione sunt conjunctiora haec, quibus dignum indignumve quod est actione aliqua nostra, inprimis animi affectione, designatur.

1. Θαυμαστός qui admiratione dignus est propter praestantiam suam Legg. XII, 957. med. *ὁ θεῖος — καὶ θαυμαστὸς νόμος* et, ut hoc loco nomini *θεῖος*, sic alibi similibus est junctum, velut *σεμνός, ἱερός, δεινός, μέγας* etc. Deinde autem id quoque dicitur *θαυμαστόν*, quod miraculo est in universum. Sic potissimum neutrum usurpatur: Symp. cap. 5. §. 4. *καὶ τοῦτο ἦττον θαυμαστόν* — cap. 35. §. 3. *ὃ πάντων θαυμαστότατον (ἀκοῦσαι), — οὐδὲν θαυμαστόν* cum accusativo et infinitivo constructum Charm. 162. D. Gorg. 517. E. 527. A. Denique etiam — sed raro — positum videtur in leni vituperio, ut vernaculum wunderlich, seltsam. Pertinet huc Theaet. 154. B. *θαυμαστά γε καὶ γελοῖα — ἀναγκαζόμεθα λέγειν* — et compellatio illa *ὦ θαυμαστέ* Polit. 265. pr., qua hospes utitur Socrati minori respondens, quem quaerere opinatur, unone tempore iniri possint viae duae. Mirum hoc quidem, quod hoc significatu sexcentis apud Platonem locis *ὦ θαυμάσιε* legere soliti sumus; sed in suspicionem non licet vocari, quia aliam lectionem libri manu scripti non produnt.

2. Ἀγανακτητόν indignandum Gorg. 511. B. *οὐκοῦν τοῦτο δὴ καὶ τὸ ἀγανακτητόν*, quae referantur ad proxima: *ἀποκτεινεῖ μὲν ἂν βούληται, ἀλλὰ πονηρὸς ὢν καλὸν κἀγαθὸν ὄντα.*

3. Ἐπαινετός laudabilis et

4. *ψεκτός* vituperabilis Cratyl. 416. med. *ὅσα μὲν ἂν νοῦς — ἐργάσηται, ταῦτά ἐστι τὰ ἐπαινετά, ἃ δὲ μή, ψεκτά.*

5. Ἐπονειδιστός dignus, qui ignominia afficiatur, Symp. cap. 10. §. 9. *δουλεύειν — παιδικοῖς μὴ κολακείαν εἶναι, μηδὲ ἐπονείδιστον.*

6. Ἐραστός amabilis Symp. cap. 23. §. 12. *ἔστι τὸ ἐραστὸν τὸ τῷ ὄντι καλὸν — καὶ τέλεον.*

7. Ἀγαπητός eadem significatione, sed hoc, opinor, discrimine usurpatur, ut jucundas potius res esse declaret, illud vero amore dignas, Phaedr. 230. C. *τὸ εὔπνουν τοῦ τόπου ὡς ἀγαπητὸν — καὶ σφόδρα ἡδύ.* — Critia 115. pr. *μεταδόρπια ἀγαπητά.* Legg. XI, 919. pr. *καταλύσεσιν ἀγαπηταῖς* et al.

8. Ζηλωτός dignus, quem admiremur vel praedicemus, et contrarium quod est,

9. *ἀζήλωτος* Gorg. 469. A. Polus: *ὅστις οὖν ἀποκτίννυσιν, ὃν ἂν δόξῃ αὐτῷ, δικαίως ἀποκτιννὺς, ἄθλιος δοκεῖ σοι εἶναι* — Socrat. *Οὐκ ἔμοιγε, οὐδὲ μέντοι ζηλωτός,* — ibid. *τὸν δικαίως* (scil. *ἀποκτείναντα*) *ἀζήλωτον*, scil. dico.

10. Καταγέλαστος dignus, qui rideatur, vel ridiculus Symp. cap. 13. §. 7. *μὴ καταγέλαστα* scil. *εἴπω*, et al.

11. Μισητός dignus, quem oderis, sive odiosus Phileb. 49. extr. *γελοῖα μὲν ὁπόσ' ἀσθενῆ, μισητὰ δ' ὁπόσα ἐῤῥωμένα.*

12. Νεμεσητόν dignum, quod aegre feras, Legg. XII, 943. extr. *ψεῦδος — αἰδοῖ καὶ δίκῃ νεμεσητὸν κατὰ φύσιν* — et contrarium *ἀνεμέσητον — εἰπεῖν.*

13. Σπουδαστόν dignum, ad quod acre conferatur studium, Hipp. maj. 297. A. *σπουδάζομεν καὶ τὴν φρόνησιν καὶ τἆλλα πάντα τὰ καλά, ὅτι τὸ ἔργον αὐτῶν — σπουδαστόν ἐστι.*

Chorum claudant eorum, quae a verbis activis ortum habent, duo profecta a verbo neutro.

Βιωτός, quod semel substantivo ejusdem stirpis *βίος* junctum, saepius autem in neutro genere cum *εἶναι* positum, tanti esse significat, ut vivatur. Apol. 38. pr. *ὁ ἀνεξέταστος βίος οὐ βιωτὸς ἀνθρώπῳ* vita non vitalis — Symp. cap. 32. §. 6. *ὑπὸ τουτουὶ τοῦ Μαρσύου* — quo nomine Socratem appellat Alcibiades — *πολλάκις δὴ οὕτω διετέθην, ὥστε μοι δόξαι μὴ βιωτὸν εἶναι ἔχοντι ὡς ἔχω.*

Contraria potestate est *ἀβίωτος*: Polit. 299. E. *ὁ βίος — ἀβίωτος γίγνοιτ' ἄν* — Rep. III, 407. A. *οὐ ἀναγκαζομένῳ ἀπέχεσθαι ἀβίωτον.* Idemque adjuncto *ζῆν* est auctum Legg. XI, 926. pr. *ἃς (ξυμφορὰς) ἀβίωτον ζῆν κεκτημένῳ.*

Reliquum est, ut quae a deponentibus originem trahunt similis significationis adjectiva nominatim afferam. In quibus duo declinata sunt a verbo *χράομαι, χρηστός* et *ἄχρηστος.*

1. Χρηστόν dignum, quo utare, h. e. utile vel omnino quod in genere suo est bonum. Ex quo factum est, ut ad bonis moribus ornatos vel probos homines translatum sit apud Platonem, et denique nonnunquam, quod meminerim, perinde atque *εὐήθης* et vernaculum gut per ironiam adeo positum. De rebus utilibus s. bonis usurpatum est Gorg. 464. D. *περὶ τῶν χρηστῶν σιτίων καὶ ποτηρῶν*, et ut hoc loco, sic aliis plurimis inter se opponuntur *χρηστός* et *πονηρός*, cf. Gorg. 517. E. 499. E. Lach. 186. extr. Theaet. 167. B, C. Protag. 313. A, D. etc. — de hominibus Symp. cap. 6. §. 4. *ἐραστὴς χρηστός.* Ironia denique inest in his: Rep. V, 479. A. *ἀποκρινέσθω ὁ χρηστός, ὃς αὐτὸ μὲν καλὸν καὶ ἰδέαν τινὰ αὐτοῦ κάλλους μηδεμίαν ἡγεῖται ἀεὶ μὲν κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ἔχουσαν* etc. tum Theaet. 161. A. *χρηστὸς* (scil. *εἰ*), *ὅτι με οἴει λόγων τινὰ εἶναι θύλακον* etc. bonus es, qui me existimes saccum quendam esse sermonibus refertum.

2. Ἄχρηστος autem non est nisi inutilis, ut Rep. I, 332. E. *μὴ κάμνουσί γε μὴν — ἰατρὸς ἄχρηστος.*

3. Ἀγαστός admiratione vel veneratione dignus Legg. VII, 808. med. *ἐγρηγορότες — ἄρχοντες ἐν πόλεσι νύκτωρ — ἀγαστοὶ καὶ τίμιοι τοῖς δικαίοις.*

4. Ἀπευκτός dignus, quem depreceris, vel abominandus Legg. I, 628. med. *τό γε μὴν ἄριστον οὔτε ὁ πόλεμος οὔτε ἡ στάσις, ἀπευκτὸν δὲ τὸ δεηθῆναι τούτων.*

5. Μεμπτός, quod proprie est vituperabilis, cum particula negativa conjunctum ad potestatem fere accedit latini: non contemnendus i. e. haud exiguus, Theaet. 187. c. *οὐκ ἂν εἴη μεμπτὸς μισθὸς ὁ τοιοῦτος*, cf. Legg. IV, 716. B. *τιμωρίαν οὐ μεμπτήν.*

Ad Homerica ut transeamus, in perpaucis tantum digni potestatem agnoscimus. Sunt, ut memini, haec quatuor:

1. ἀγητός admirabilis: εἶδος ἀγητός figura admirabilis Il. 5, 787. al. —

2. ἐπήρατος amore dignus, hinc gratus, jucundus, de rebus tantum, inprimis de locis amoenis dictum. Od. 13, 103. specus quidam, ib. 4, 606. Ithaca, Il. 18, 512. altera urbium in clipeo Achillis caelatarum hoc epitheto ornatur.

3. νεμεσσητός vituperabilis: νεμεσσητόν δέ κεν εἴη Il. 14, 336. al.

4. Pari significatione est ὀνοστός ab ὄνομαι oriundum, quod uno dumtaxat loco legitur, Il. 9, 164. δῶρα — οὐκέτ' ὀνοστὰ διδοῖς Ἀμλῆι. —

Ceteroqui hac, qua de nunc actum est, significatione, maxime inferiore aetate, adjectiva ita quoque afficiebantur, ut cum ἄξιος componerentur. In Platonis quidem dialogis id genus non plus tria mihi occurrerunt exempla: ἀξιομνημόνευτος Symp. cap. 5. §. 8. et Protag. 343. pr. — ἀξιοκοινώνητος Rep. II, 371. E — et ἀξιόπιστος Alcib. I, 123. pr. Apud posteriores autem non solum alia nomina, verum aliquot etiam eorum ipsorum, quibus philosophus noster usus est, connexa videmus cum isto adjectivo, ut ἀξιαγάπητος Clem. Al. — ἀξιάγαστος Xen. Lac. 10, 2. — ἀξιεπαίνετος id. Hell. 4, 4, 6, incerta tamen scriptura, — ἀξιέραστος id. Symp. 8, 14. — ἀξιοβίωτος id. Hell. 4, 4, 6. — ἀξιοζήλωτος Plut. Flam. 20. — ἀξιοθαύμαστος Xen. Mem. I, 4, 4. ἀξιομίσητος Plut. ed. lib. 14. — ἀξιοσπούδαστος ibid. 8, quae exempla Papio debentur. —

Cap. IV.

Transeundum nunc videtur ad eum usum, quo nefas esse aliquid patrare certa adjectiva verbalia declarant.

1. Ἀκίνητα quae moveri non debent h. e. sacra vocantur, interprete scholiasta, in verbis: τακίνητα κινεῖν, quae Graecis in proverbio posita aliquoties repetuntur a Platone: Legg. III, 684. extr., VIII, 843. pr. XI, 913. pr. Theaet. 181. A.

2. Ἀπόῤῥητον etiam dictu nefas est Legg. XII, 961. pr. ἀπόῤῥητον εἶναι τὴν κρίσιν — μάλιστ' αὐτῷ τῷ ἀποκριθέντι.

3. Denique unum a verbo neutro — quod memorabile est — ortum, ἄβατος, etiam non adeundus h. e. sacer Critia 116. med. ἱερὸν ἅγιον — ἄβατον ἀφεῖτο, cf. Lach. 183. pr.

Cap. V.

Denique secernamus necesse est eam significationem passivam, quae cum participio praesentis congruit.

1. Ἀπόβλητος qui repudiatur; hoc enim rectius videtur, quam Astii interpretatio: repudiandus s. spernendus, quum δεῖ spectamus in hisce: οὗτοι ἀπόβλητον ἔπος εἶναι δεῖ, ὃ ἂν εἴπωσι σοφοί Phaedr. 260. A. Ceterum adumbratum his videtur potius

Iliadis 2, 361. *οὔτοι ἀπόβλητον ἔπος ἔσσεται ὅττι κεν εἴπω*, quam quod Heindorfius vult, Il. 3, 65. *οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.*

2. Ἔγκριτος qui in numero aliquo reponitur Legg. XII, 966. extr. *μηδ' αὖ τῶν πρὸς ἀρετὴν ἔγκριτον γίγνεσθαι.*

3. Μακαρστός qui felix praedicatur Phaedr. 256. C. *ἐὰν δὴ διαίτῃ φορτικωτέρᾳ — φιλοτίμῳ δὲ χρήσωνται, — τὴν ὑπὸ τῶν πολλῶν μακαριστὴν αἵρεσιν εἱλέσθην*, ubi aoristus in eo positus est, quod fieri solet.

4. Πλανητός i. q. *πλανώμενος* errans Tim. 19. extr. *τὸ τῶν σοφιστῶν γένος — πλανητὸν ὂν κατὰ πόλεις* etc.

5. Ἀδόξαστον quod non in opinione positum, sed certum est, Phaedo. 84. pr. *τὰ ἀληθῆ — καὶ τὸ ἀδόξαστον θεωμένη.*

6. Ἀκολάκευτος quem nemo adulatur Legg. V, 729. pr. *ἡ — τῶν νέων ἀκολάκευτος οὐσία, τῶν δ' ἀναγκαίων μὴ ἐνδεής, αὕτη — ἀρίστη* census adulatione liber.

7. Ἀκόλαστος qui non coercetur h. e. incontinens opponitur *τῷ σώφρονι* et *κοσμίῳ*, ut Gorg. 507. C.

8. Ἀνέκπληκτος qui non perturbatur Rep. X, 619. A. *ἀνέκπληκτος ὑπὸ τοῦ πλούτου τε καὶ τῶν τοιούτων κακῶν.*

9. Ἄπληκτος qui non verberatur Phaedr. 253. D. *ἄπληκτος κελεύσματι μόνον καὶ λόγῳ ἡνιοχεῖται* verberibus non egens.

10. Ἀτιμώρητος qui non vindicatur Legg. V, 370. pr. *μεθ' οὗ ἱκετεύσας μάρτυρος ὁ ἱκέτης θεοῦ ἔτυχεν ὁμολογῶν, φύλαξ διαφέρων οὗτος τοῦ παθόντος γίγνεται, ὥστ' οὐκ ἄν ποτε ἀτιμώρητος πάθοι ὁ τυχὼν ὧν ἔπαθε*, ubi errat Astius, hoc nomen quum interpretatur impunitus; patet enim id referendum esse ad supplicem, qui per Jovem vindicari dicitur. Contra Legg. XII, 959. med. *ὅπως — τελευτήσας ἀτιμώρητος ἂν κακῶν ἁμαρτημάτων ἐγίγνετο τὸν μετὰ τὸν ἐνθάδε βίον* id ipsum nomen eum significat, qui non plectitur, ut significatione igitur a medio *τιμωρεῖσθαι* castigare sit repetendum.

A deponentibus profluunt:

1. Δυνατόν quod fieri potest, saepissime usurpatur cum verbo *εἶναι*, quod saepe etiam omissum est, aut solum ut Phaedr. 253, A. 277, A. aut addito infinitivo, ut Rep. X, 613. A. Phil. 22, pr. et alibi, etiam accusativo et infinitivo, ut Rep. V, 466. D. Charm. 167. B. etc. Adde: *τὸ δυνατόν* praecipue in his: *εἰς τὸ δυνατόν* Phaedr. 252. D. Rep. II, 381. C. etc. — *κατὰ τὸ δυνατόν* Theaet. 176. B. etc. denique *τὰ δυνατὰ* das Mögliche Phaedr. 261. E. Rep. II, 361. A.

2. Perinde *ἀδύνατον* quod fieri nequit, et pari quidem structura, quod exempla convincunt ab Astio collecta.

3. Βουλητόν quod volumus et

4. *ἀβούλητον* quod nolumus Legg. V, 933. extr. *τὸ βουλητόν τε καὶ ἑκούσιον, ἀβούλητόν τε καὶ ἀκούσιον.* —

5. Περιμάχητος etiam is, de quo certatur Rep. I, 347. D. *κινδυνεύει πόλις ἀνδρῶν ἀγαθῶν εἰ γένοιτο, περιμάχητον ἂν εἶναι τὸ μὴ ἄρχειν ὥσπερ νῦν τὸ ἄρχειν* cf. VII, 521. A.

6. Ἀναίσθητος duobus certe locis potestatem habere patet participii praes. pass. Tim. 51. extr. ubi perspicue oppositum est participio hujus temporis: *νοούμενα μόνον* et Phileb. 51. pr. ubi, quae verae censendae sint voluptates, quaerenti a Socrate respondetur: *αἱ περὶ τὰ καλὰ - χρώματα - καὶ ὅσα τὰς ἐνδείας ἀναισθήτους ἔχοντα καὶ ἀλύπους τὰς πληρώσεις αἰσθητὰς καὶ ἡδείας καθαρὰς λυπῶν παραδίδωσιν.* Hoc igitur loco etiam *τοῦ αἰσθητοῦ* similis est significatio.

Sed haec hactenus de significatione passiva. Quotquot autem ejus genera perlustravimus, tamen nondum exhausta est admirabilis potestatis ubertas. Restat enim, ut eam, quae activa dicenda est, persequamur.

Cap. VI.

Non pauca indagavimus, quae ad vim participii praes. activi accedunt. Quorum pleraque propagata sunt a verbis neutris:

1. Στακτός liquens Critia 115. pr. *χυλῶν στακτῶν.*

2. Ὑβριστός insolens Legg. I, 641. med. *πολλοὶ - ὑβριστότεροι διὰ πολέμων νίκας γενόμενοι* insolentiores facti victoriis.

3. Ἐπίῤῥυτος influens Tim. 80. extr. *τὰ τῆς τροφῆς νάματα* — *ἐπίῤῥυτα* scil. in totum corpus. Cf. Rep. VI, 508. B.

4. Περιβόητος magnum clamorem tollens Phileb. 45. extr. *ἡ σφοδρὰ ἡδονὴ κατέχουσα περιβοήτους ἀπεργάζεται.*

5. Ἀκοινώνητος qui alicuius rei expers est Legg. VI, 768. pr. *ἀκοινώνητος ὢν ξυνουσίας τοῦ συνδικάζειν.* Cf. XI, 914. med.

6. Ἀμεταμέλητον quod non poenitet Tim. 59. extr. *ἀμεταμέλητον ἡδονὴν κτᾶται.* Cf. Legg. IX, 866. extr.

7. Ἀμετάπτωτος sese non mutans Tim. 59. pr. *μονίμους καὶ ἀμεταπτώτους λόγους.*

8. Ἀναμάρτητος non errans, errore vacuus Theaet. 200. D. *ἀναμάρτητόν γέ πού ἐστι τὸ δοξάζειν ἀληθῆ* — et saepe.

9. Ἀνάρμοστος discrepans Symp. cap. 25 §. 4. *ἀνάρμοστον — τὸ αἰσχρὸν παντὶ τῷ θείῳ* turpe discrepat cum divino. Huic contrarium est

10. *εὐάρμοστος*, de quo jam supra dixi.

11. Ἀνόητον quod non prodest, irritum Rep. VI, 486. C. *ἀνόητα πονῶν.*

12. Ἀστάσιαστος seditionem non concitans, tranquillus Rep. V. 464. D. *ὑπάρχει* (scil. *τοῖς μηδὲν ἴδιον κεκτημένοις*) *ἀστασιάστοις εἶναι, ὅσα γε διὰ χρημάτων κτῆσιν ἄνθρωποι στασιάζουσι.*

13. Ἄτρεστος proprie non tremens, hinc intrepidus Cratyl. 395. pr. *κατὰ τὸ ἄτρεστον καὶ κατὰ τὸ ἀτηρὸν αὐτῷ* (scil. Atreo) *τὸ ὄνομα κεῖται.* Ἄτρεπτον, quod codices nonnulli exhibent pro *ἄτρεστον*, explodendum est propterea, quod inscitissimi esset *τρέπειν* invenire in nomine Atrei.

14. Ἀνόητος non cogitans uno loco: Parm. 132. med. *δοκεῖν σοι ἐκ νοημάτων ἕκαστον εἶναι καὶ πάντα νοεῖν, ἢ νοήματα ὄντα ἀνόητα εἶναι*; Hinc nata est vulgatior dementis vel insipientis significatio: Phaedo. 62. extr. *ἀνόητος ἄνθρωπος τάχ' ἂν οἰηθείη ταῦτα.*

15. Denique unum cum adjectivo conflatum *καχύποπτος* mala suspicans Rep. III, 409. C. *ὁ — δεῖνος ἐκεῖνος καὶ καχύποπτος ὁ πολλὰ αὐτὸς ἠδικηκώς.*

His quidem attexi fortasse licet *αὐτόματος*, quod a perfecto *μέμαα* derivatum, proprie eum, qui sua sponte aliquid appetit, hinc voluntarium significat. Verum per appositionem quum plerumque junctum sit nominibus, quemadmodum non item latinum voluntarius, respondet etiam adverbio ultro, vel quod adverbii locum obtinet, sua sponte. Polit. 272. pr. *αὐτομάτης ἀναδιδούσης τῆς γῆς* et saepe. Quamquam monendum est, etiam *ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου* eadem significatione (vernac. von selbst) poni, nec videtur esse, cur, ut Astius et Papius, „fortuito vel casu" explicemus Protag. 323. med. *οὐδ' ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, ἀλλὰ διδακτόν τε καὶ ἐξ ἐπιμελείας παραγίγνεσθαι* scil. virtutem putant. Cf. Rep. VI, 498. E. Cratyl. 397. pr. et al. Ceterum hoc vocabulum jam in Iliade offendimus: *αὐτόματος ἦλθε* 2, 408. 5, 749. al.

Et, quod memoratu est dignum, jam Homero haec dicendi consuetudo est familiaris. Huc pertinent:

1. Τλητός patiens Il. 24, 49. *τλητὸν — Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν.*

2. Πλωτός a *πλάω* oriundum, quod nullam aliam, nisi natandi vim habet, itaque natans, non: quem circumvehi potes, ut Nitzsch et alii interpretantur, epitheton insulae Aeoliae Od. 10, 3.

3. Ἐπιεικτός cedens Il. 5, 892. *μένος — ἀάσχετον, οὐκ ἐπιεικτόν.*

4. Ἀδάκρυτος non lacrimans Il. 1, 415. *ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων ἦσθαι.*

5. Parique significatione ἄκλαυτος Od. 4, 494. *οὐδέ σέ φημι δὴν ἄκλαυτον ἔσεσθαι, ἐπὴν εὖ πάντα πύθηαι.*

6. Ἄλληκτος epica forma pro ἄληκτος non desinens, perpetuus *θυμός* Il. 9, 636. *ἄλληκτος ἄῃ Νότος.* Od. 12, 325.

7. Ἄπνευστος spiritum non ducens, exanimis Od. 5, 456. *ὄπνευστος καὶ ἄναυδος κεῖτ' ὀλιγηπελέων.*

8. Ἄπρηκτος nihil proficiens, irritus Il. 2, 121. *ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν.* cf. ib. 376.

9. Εὔβοτος bene pascens, bonis instructa pascuis, de quo jam supra disputatum est.

Huic subjungendum est 10. *ἱππόβοτος* equorum altor s. altrix Ἄργος *ἱππόβοτον* Il. 2, 287. quocum comparandum est Horatianum illud: Argos aptum equis Carm. I, 7, 9.

11. Αἰγίβοτος caprarum altrix, Ithacae epitheton Od. 4, 606.

12. Πολυδάκρυτος multas lacrimas effundens poetico more *γόος* dicitur Od. 19, 213, 237. 21, 57.

13. Πολύπλαγκτος longe dejiciens — est ventus Il. 11, 308.

His adnumeranda videntur, quae substantivorum vices subierunt, velut *ἑρπετά* „Alles, was kreucht," ut Lutheri interpretatione utar, summatim animalia, quae in terris versantur: *ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν ἑρπετὰ γίγνονται* Od. 4, 418.

2. Πρόβατα, cujus proprietas est progredientia, apud Homerum pecora generatim denotat Il. 14, 124. al.

3. Etiam βουλυτός huc referendum est, scil. καιρός, tempus jugo exuens boves i. e. solis occasus: ἠέλιος μετενίσσετο βουλυτόνδε Il. 16, 779. Od. 9, 58.

Cap. VII.

Nunc quoniam in animo est ea recensere adjectiva, quae a deponentibus profecta, significatione sunt participii praesentis, primum de nomine δυνατός disputare placet. Et dicitur quidem hoc nomine etiam is, qui quid omnino facere potest Phaedr. 256. A. οὔτε θεία μανία δυνατὴ πορίσαι — multo autem saepius is, qui praeclare quid potest (vernac. tüchtig) Gorg. 449. E. λέγειν — ποιεῖ δυνατούς — et saepenumero; denique — sed non saepe — qui opibus valet, ergo potens Rep. I, 351. A. δυνατώτερον καὶ ἰσχυρότερον εἴη ἀδικία δικαιοσύνης cf. Lach. 186. med.

2. Huic oppositum est ἀδύνατος.

3. Ἀλόγιστος qui non reputat, insipiens, Apol. 37. med. οὕτως ἀλόγιστος εἰμί, ὥστε μὴ δύνασθαι λογίζεσθαι. Legg. IX, 863. pr. ἀλογίστῳ βίᾳ — et saepius.

4. Ἀναίσθητος etiam non sentientis vim comprehendit, ut Legg. XII, 96. med. ὄνους οὖσα καὶ ἀναίσθητος et VIII, 843. pr. ἀναίσθητος τῶν — κακῶν γίγνοιτο.

5. Quod quum ita sit, viros doctos miror αἰσθητόν, ubi sentientis potestas requiritur, in suspicionem vocare maluisse, quam accipere pro αἰσθανόμενον, dico in Theaet. 182. A. φέρεσθαι ἕκαστον τούτων ἅμα αἰσθήσει μεταξὺ τοῦ ποιοῦντός τε καὶ πάσχοντος καὶ τὸ μὲν πάσχον αἰσθητὸν, ἀλλ' οὐκ αἴσθησιν ἔτι γίγνεσθαι. Sana igitur scriptura, neque opus est, quod proposuit Heindorfius αἰσθανόμενον, quod Buttmannus conjecit αἰσθητής, quod Astius αἰσθητικόν.

6. Ἄσκεπτος videtur Rep. IV, 438. A. μή τοί τις — ἀσκέπτους ἡμᾶς ὄντας θορυβήσῃ — non circumspiciens potius esse, quam, quod Astius vult, non exploratus.

Cap. VIII.

Relatu deinde est dignum, reperiri etiam, quae significatu respondeant participio praes. medii, velut:

1. Προσποίητος i. q. προσποιούμενος simulans Lys. 222. pr. τῷ γνησίῳ ἐραστῇ καὶ μὴ προσποιήτῳ.

2. Ἄγευστος qui non fruitur, non plus semel Rep. IX, 576, A. ἐλευθερίας — τυραννικὴ φύσις ἀεὶ ἄγευστος.

3. Ἀναίσχυντος impudens Symp. cap. 16. §. 4. αὐτοὺς ἀναισχύντους. Cf. Theaet. 196. D.

4. Ἄπαυστος non desinens, sempiternus Cratyl. 417. med. ἄπαυστον καὶ ἀθάνατον (φοράν).

5. Ἀεικίνητον quod semper se ipsum movet sive, ut Cicero vertit Tuscul. I, 23. quod semper movetur — oppositum est τῷ ὑπ' ἄλλου κινουμένῳ Phaedr. 245. C. —

Cap. IX.

Jam eo deductus est sermo, ut etiam participii perfecti activi significationem nomina in τος formata nonnunquam sibi vindicasse dicamus. Verum hic usus apud Platonem paucitate exemplorum continetur:

Ἀστρατήγητος i. q. *οὐκ ἐστρατηγηκώς* qui dux non fuit Alcib. II, 142. pr. *εὔχεσθαι ἀστρατηγήτους εἶναι μᾶλλον ἢ ἐστρατηγηκέναι.*

Huic adjiciendum videtur, quod a verbo deponente declinatum vim habet participii perfecti.

Ἀγένητος non ortus Phaedr. 245. D. *ἀρχὴ — ἀγένητον.* — infectus Protag. 324. pr. *οὐ γὰρ ἂν τό γε πραχθὲν ἀγένητον θείη* cf. Legg. 934. pr.

Neque ab Homero hunc usum sejunctum fuisse, his exemplis comprobatur:

1. Πολύτλητος multum perpessus, quo nomine senes defuncti nuncupantur Od. 11, 38, loco quidem a grammaticis Alexandrinis exploso.
2. Ἄπαστος impransus s. jejunus Il. 19, 346. *ἄκμηνος καὶ ἄπαστος.* — Cf. Od. 4, 788.
3. Ἄπυστος certior non factus, ignarus Od. 5, 127. *οὐδὲ δὴν ἦεν ἄπυστος Ζεύς.* Cf. 4, 675.

De adjectivorum in τος structura.

Structura quod docet Buttmannus gram. graec. I. §. 102. nomina in τος exeuntia participiis non cognata, sed mera esse adjectiva, cadit etiam in usum Platonicum. Neque enim ullum memini, quod accusativum regat, neque, si qua invenimus cum praeverbio *ὑπό* constructa, ut Rep. III, 409. B. *εὐεξαπάτητοι ὑπὸ τῶν ἀδίκων* — Protag. 319. pr. *οὐ διδακτὸν — μηδ' ὑπ' ἀνθρώπου παρασκευαστὸν ἀνθρώποις* — cf. Phaedr. 229. C. 256. C. Hipp. maj. 292. A. Rep. X, 619. A. Tim. 32. extr., 43. extr., 51. extr., 58. extr. Legg. X. 909. med. Menex. 243. extr. — neque igitur his labefactatur illa regula, quum non sit plane inusitatum, ut praeverbium *ὑπό* aptum sit ex adjectivis, quae vim habent passivam. Testimonio sunt Platonis ipsius verba: *δίκαιοι ὄντες ἀζήμιοι ὑπὸ θεῶν ἐσόμεθα* Rep. II, 366. A.

De verbalium in τέος significatione.

Priusquam ad rem aggredior, praefari convenit, neque in Homeri neque in Hesiodi poematis ullum apparere hujus generis vestigium, immo primitias easque perexiguas nobis offerri a poetis lyricis, temporis autem progressu numerum eorum ad immensum esse auctum.

Sed praevertamur ad significationem illustrandam. Declarant perinde ac latina participia in — dus desinentia agendam esse, quae verbo, unde profluxerunt, significatur, actionem. Et derivata sunt non solum a verbis activis tum transitivis tum intransitivis (ab his ducta consentaneum est non secus usurpari atque in genere neutro), verum etiam a deponentibus. A quibus profecta hic adscribere non videtur alienum: *ἀποδεκτέον* ib. 272. B. — *αἰτιατέον* Tim. 57. med. — *ἀπολογητέον* Apol. 19. pr. — *διακελευστέον* Legg. I, 631. extr. — *διαμαχητέον* Rep. II, 380. B. — *διωλαβητέον* ib. VII, 536. B. — *εὐκτέον* Legg. III, 687. — *εὐλαβητέον* Gorg. 480. E. *ἡγητέον*

Soph. 228. extr. — *θεατέον* Polit. 260. med. — *ἰσχυριστέον* Rep. VII, 533. A. — *μαντευτέον* Phil. 64. pr. — *παραδεκτέον* Rep. II. 378. D. — *παραμυθητέον* Legg. X, 899. — *προαγωνιστέον* ib. VII, 796. extr. — *προσδεκτέον* Tim. 89. pr. — *προθυμητέον* Phil. 61. med. — *ὑποδεκτέον*. Legg. XII, 953. — *χαριστέον* Phaedr. 227. C. — *χρηστέον* Rep. V, 452. A. —

Memorabile deinde est a verbis, quorum media propriam ac peculiarem vim habent, non pauca declinata verbalia hanc assumere, velut:

1. *Αἱρετέον*: Gorg. 499. E. *τὰς — χρηστὰς καὶ ἡδονὰς καὶ λύπας αἱρετέον ἐστί* bonas voluptates et dolores bonos eligere oportet. — Cf. Tim. 75. med.

2. *Ἀνδριστέον* fortiter agendum est: Phaedo. 90. extr. *ἀνδριστέον καὶ προθυμητέον ὑγιῶς ἔχειν* totis viribus nitendum est, ut sani fiamus.

3. *Ἀπαλλακτέον*: Phaedo. 66. extr. *ἀπαλλακτέον αὐτοῦ* (scil. *τοῦ σώματος*) *καὶ αὐτῇ τῇ ψυχῇ θεατέον* recedendum est a corpore ipsoque animo considerandum.

4. *Ἀφεκτέον*: Rep. III, 403. E. *μέθης εἴπομεν ὅτι ἀφεκτέον* ab ebritate temperandum esse diximus.

5. *Ἁπτέον*: Rep. II, 377. A. *μουσικῆς — ἁπτέον* ad artem s. doctrinam aggrediendum est.

6. *Περὶ πολλοῦ ποιητέον* magni faciendum: Rep. III, 389. B. Crito. 48. pr.

7. *Προαιρετέον*: Tim. 54. pr. *προαιρετέον — τὸ κάλλιστον* eligendum est pulcherrimum.

8. *Φυλακτέον* cavendum: Rep. III, 416. B. *φυλακτέον — μὴ τοιοῦτον — οἱ ἐπίκουροι ποιήσωσι.* — Cf. Tim. 90. pr.

De verbalium in *τέος* structura.

Videntur apud Platonem verbo *εἶναι* tantum juncta esse, ita quidem, ut, si in subjecto, quod vocant, vis est sita, hoc sequantur et genere et numero, contra si in actione, in neutro genere, et singularis quidem fere semper: *ἐξελεγκτέος δὴ οὗτος ὁ λόγος ἡμῖν ἐστιν* Gorg. 508. B. — *σοφὴ κλητέα πόλις* Rep. IV, 428. C. — *γυμναστικῇ θρεπτέοι οἱ νεανίαι* ib. III, 403. C. — *ταῦτα διωκτέα τοῖς νέοις* ib. 400. E. — *τὰς χρηστὰς ἡδονὰς αἱρετέον ἐστί* Gorg. 499. E. — Et in altero structurae genere notandum est, verbale etiam, si verbum, unde declinatum est, accusativum regit, cum hoc casu conjungi, id quod ex ultimo loco aliisque innumerabilibus intelligi potest. —

Semel nec plus pluralis numerus generis neutrius in singularis locum successit: Legg. VI, 770, pr. *Ἀλλ' οὐν πειρατέα γε καὶ προθυμητέα*, subjecti nomine non apposito. Etenim quae Gross progr. Mar. ins. a. MDCCCLIV pag. 5. proponit exempla alia, excepto fortasse, quem ex Rep. III, 387. deprompsit, loco uno, electa sunt perperam. Rep. VII, 532. extr. *ἀκουστέα* refertur ad verba plura; itaque neutrum pluralis suo jure est positum. Deinde haec verba citantur: *τὸ μεδαμῇ παραδέχεσθαι αὐτῆς* (i. e. *ποιήσεως*) *ὅση μιμητική· παντὸς γὰρ μᾶλλον οὐ παραδεκτέα νῦν καὶ ἐναργέστερον — φαίνεται* Rep. X,

595. pr. At hoc loco *παραδεκτέα* dicitur *ποίησις μιμητική*, id quod luce est clarius; est ergo prima positio generis feminini. — Denique profertur Protag. 356. med. *ταύτην τὴν πρᾶξιν πρακτέον, ἐν ᾗ ἂν ταῦτ' ἐνῇ· ἐὰν δὲ τὰ ἡδέα ὑπὸ τῶν ἀνιαρῶν, οὐ πρακτέα.* At qui est verborum complexus, optimum videtur ad vocem *πρακτέα* ex iis, quae antecedunt, nomen *πρᾶξις* repetere. —

Cui quid faciendum est, ejus nomen positum esse solet in dativo: *ἡμῖν ἀποδεικτέον τοὐναντίον* Phaedr. 245. B. Pro dativo autem a Platone etiam accusativus, plerumque participii, indefinito eo, cui quid agendum est, frequentatur, neque aliter quam neutri verbalis appositus: qui usus natus videtur similitudine significationis verbalis in *τέον* terminati et verbi *δεῖν*. Phaedr. 147. C. *τολμητέον — τόγε ἀληθὲς εἰπεῖν ἄλλως τε καὶ περὶ ἀληθείας λέγοντα.* — Rep. IV, 421. B. *τοῦτο εἰς τὴν πόλιν ὅλην βλέποντας θεατέον, εἰ* etc. — Gorg. 512. D. *μὴ γὰρ τοῦτο μέν, τὸ ζῆν ὁποσονδὴ χρόνον, τόν γε ὡς ἀληθῶς ἄνδρα ἐατέον ἐστί.* Cf. Phaedr. 272. E. Gorg. 507. D. Soph. 226. pr. Theaet. 179. D. Rep. IV, 424. C. Legg. III, 688. extr. VI, 770. extr. VII, 803. extr.

Vela jam subducens mirum illud pleonasmi exemplum non praetermittam: *ἐκείνας τὰς φύσεις οἵου δεῖν ἐκλεκτέας εἶναι* Rep. VII, 535. A, cujus simile non habeo, quod proferam. —

Gustavus Kopetsch.

Corrigenda.

P. 4. lin. 31. ἀξιοκοινώνητος pro ἀξιοκοινώνητος.
P. 5. lin. 8. post adjectivis : ponendum est.
P. 6. lin. 30. ante quam pon. comma.
P. 7. lin. 10. delendum est ubi.
P. 7. lin. 21. ante tum pon. comma.
P. 9. lin. 20. Quod pro Qud.
P. 18. lin. 21. ante expositum pon. non.
P. 23. lin. 5. Μακαριστός pro Μακαρστός. —

Schulnachrichten.

A. Lehrverfassung.

I. Lehrgegenstände und deren Vertheilung unter die Lehrer.

Lehrer.	I.	II.	III A.	III B.	IV.	V.	VI.	Summa der Stunden.
Königl. Professor Fabian, Director u. Ordinarius in I.	Lat. Prof. 6 St.		Hom. 2		Rel. 2			10
Professor Kostka, 1. Oberlehrer und Ordin. in II.	Griech. 6 St.	Lat. 8		Hom. 2	Phäd. 2			18
2. Oberlehrer Gortzitza, Ord. in III A.	Dtsch. 3	Griech. 6	Lat. 10					19
3. Oberlehrer Dr. Horch.	Französ. 2 Gesch. u. Geogr. 3	Französ. 2 Gesch. u. Geogr. 3	Frz. 3	Gesch. u. Geog. 3	Frz. 2 Gesch. u. Geogr. 3			21
Dr. Botzon, Ordin. in III B.	Horaz. 2	Dtsch. 2 Virg. 2		Lat. 10 Frz. 2		Frz. 3		21
	22	23	15	17	9	3		

Lehrer.	I.	II.	III A.	III B.	IV.	V.	VI.	Summa der Stunden.
Uebertrag . . .	22	23	15	17	9	3		
2. ordentl. Lehrer Kuhse.	Math. 4 Phys. 2	Math. 4 Phys. 1	Math. 3	Naturk. 2		Naturk. 2 Dtsch. 3	Arithm. 2.	23
3. ordentl. Lehrer Moldehnke.	Rel. 2 Hebr. 2	Rel. 2 Hebr. 2	Rel. 2 Dtsch. 2	Rel. 2 Dtsch. 2			Lat. 8	24
4. ordentl. Lehrer Kopetsch, Ord. in V.			Griech. 4	Math. 3	Math. 3 Dtsch. 2	Lat. 9		21
5. ordentl. Lehrer Richter, Ordin. in IV.			Gesch u. Geogr. 4	Griech. 4	Lat. 8 Griech. 6		Lat. 2	24
Oberl. Menzel, Ordin. in VI.	Gesang 1	Gesang 1 Gesang 1	Gesang 1		Zeichn. 2	Rechnen 3 Schreib. 3 Zeichn 2 Gesang 2 Geogr. 2	Rechnen 4 Schreib. 3 Zeichn. 2 Gesang 2 Geogr. 2 Dtsch. 2	30
Pfarrer Preuß.						Rel. 3	Rel. 3	6
	34	34	32	32	32	32	30	

II. Im letzten Schuljahr abgehandelte Lehrgegenstände.

Prima. Lehrgang wie in Secunda zweijährig. 1. Hebr. Genesis Cap. 1—29. Psalm 73—94. Memorirübungen. Gesenius Grammat. Cap. 2—4.

Etymol. mündliche und schriftliche Uebungen. 2. Religion. Glaubens- und Sittenlehre zugleich mit Symbolik. Der Hebräerbrief im Urtext gelesen und erklärt. Das Kirchenjahr repetirt, die Conf. August. gelesen. 3. Dtsch. Literaturgeschichte nach Pischon 3. 4. und 5. Periode. Mittheilung von Proben. Einiges aus der neuern Literaturgeschichte seit dem Auftreten der Romantiker. Grundzüge der Logik. Correctur der deutschen Aufsätze. Uebungen im mündlichen Vortrage. 4. Latein. **Tacitus de oratoribus dialogus.** Daneben als Privatlectüre **Cic. de natura deorum.** Für den Sommer **Cic. orator,** daneben Privatlectüre aus **Seneca.** Alle 6 Wochen ein Aufsatz, wöchentlich ein Exerc. Alle 2 Wochen Wiederholung eines größern Abschnitts aus Zumpt's Grammat. Disputationen und Extemporalien. Horaz. **Od. I, II, III,** 1 — 6. Memoriren mancher Oden. Metrische Uebungen. Die **Metra Horatiana** ausführlich und im Zusammenhange. 5. Griech. Hom. **Il. IV. 356 — VII,** Sophokles Philoctet, Isocrates Panegyr., Demosth. Olynth. **I, II, III, in Philipp. I, II, de pace, de rebus Cherson.** Privatlect. **Xenoph. Memor. I.** Buttm. Syntax und aus der Etymol. die Lehre vom Verbum repetirt. Wöchentlich Exerc. und Extemp. 6. Franz. Im Winter Gräfers Anthologie, im Sommer aus Idelers 3. Thle. **Constant, Chateaubriand, Barante.** Wöchentliche Exerc. Wiederholung der gesammten Gramm. nach Plötz 2. Cursus. 7. Mathematik. Aus der Arithmetik quadratische Gleichungen mit mehrern Unbekannten, Gleichungen des 4. Grades, die sich auf quadratische zurückführen lassen, Auflösung quadrat. Gleichungen durch Goniometrie, Berechnung der Logarithmen durch Anwendung von unbestimmten Coëfficienten. Anwendung der Progressionen. Gesammtrepetition der Arithmetik nebst Auflösung entsprechender Aufgaben. Matthias §. 301—304, 258—260. Aus der Geometrie Stereometrie nach Matth. §. 460—469, 496—528. Uebungen im Auflösen planimetrischer Aufgaben, vorzugsweise ohne Anwendung von Rechnungen. Matth. §. 300—309 (Nagels geometrische Analysis). 8. Physik. Statik und Mechanik, Akustik, Optik, Katoptrik, Dioptrik. Brettner Abschn. **III—VII.** 9. Vortrag der neuern Geschichte von 1740—1815. Wiederholung des Gesammtgebiets der Geschichte und Geographie nach Dittmar u. Voigt.

Secunda. 1. Hebr. Die Geschichte Josephs und Samuels und der Segen Jacobs. Grammatik nach Gesenius §. 1—37. Die Paradigmen sämmtlicher Verbalclassen. Zweiwöchentliche schriftliche Uebungen in der Formerklärung. Memorirübungen. 2. Religion. Die 5 Hauptstücke repetirt, Lieder und Sprüche gelernt, das Kirchenjahr besprochen. Bibelkunde. Geschichte des apostolischen Zeitalters mit

